q; eſt idē grecus imperator ſe oīa que exercitui erant neceſſaria miniſtraturū dumq; caſtrū a noſtriſ ob
ſideretur: ſceleſtus imperator greca vſus infidelitate gypſū farine immiſcuit: ⁊ maximā quantitatē in exer
citū miſit dumq; ex ea panis confectuſ fuiſſet: ⁊ ex eo exercitus comediſſet: mox tot militeſ periere: ut omiſ
ſa obſidione in Thraciā ſecedere oportuerit. Tandē hieruſalē perueniens multa circa damaſcū cōmiſit
certamina. Cumq; magnis conatibus eā obſideret: ⁊ milites fame ſitiq; plurimū laborarent non ſine cō
tumelia obſidionē ſoluit: ⁊ diminutis variis caſibus exercitibus in Europā tandē cū Ludouico fran-
coꝝ rege venit. Ac ſic deniq; Cōradus hic anteq̄ imperialē benedictionē ꝑcipere potuiſſet: e vita exceſſit.

¶ Edeſſa Ciuitas.

¶ Edeſſa aūt Meſopotamie ciuitas ab hebre-
is Arach vocata hoc ipſo anno ab Alaph tur
coꝝ principe capit: ⁊ in ſuā poteſtatē reduci
tur: vbi occiſis oībus fidē xp̄i negare recuſan-
tibus ēt in dedecus xp̄iani nois ibidē nobileſ
matronas capiens ſuper altare ſancti Ioānis
baptiſte: qd̄ ſciebat a noſtris ꝓcultū eſſe ſtu-
prare fecit. Ea eiū vrbs rages fuit: ad quā tho
biā filiū ſuū miſiſſe: ſacra Thobie tradit hi-
ſtoria: quāq; Thadeus apoſtolus ad fidē xp̄i
conuertit ⁊ in qua: beati Thome apoſtoli oſſi
bus decorata: Abbagarus rex regnū obtinuit
qui. ſ. Abbagarus datis ad Ieſum dn̄m nr̄m epi-
ſtolis ſcripta manu dei reſponſa ꝑcipere meru
it: que a tp̄e euerſionis hieruſalē. 44. annis
chriſtianis paruerat.



¶ Balduinus huius nōis tertius: quintus hieroſolymoꝝ rex hoc anno Fulco patre eius defuncto i regnū ii41
ſuccedens regnauit annis. 24. Vir ⁊ ipſe ſtrennus: qui cōradi expeditione aīatus Aſcaloniam vrbē diu
a chriſtianis obſeſſam vi cepit: ac gaçam antiquiſſimam vrbē penitus derelictam reedificauit: ⁊ militibus
templariis ad inhabitandum cōceſſit. Tanti quoq; aīi ac magnitudinis fuit: vt etiam turcoꝝ ſatrapas hie
ricontinos opprimētes aggredi auſus fuerit. Ex quibus prelio ſuperatis quinq; milia interfecit. Et dein
de Norādinum damaſcenorū militie principem ſuos agros infeſtantem magna clade affectū vſq; ad da-
maſci menia perſecutus fuit. Deniq; ſine liberis deficiens almericum fratrē habuit ſucceſſorem.

CElestinus ſs papa natione tuſchus ex quodā ſancte Felicitatis caſtro natus Guido antea vo- Pap̄. 174
6344 catus hoc anno in Innocentii locū omnium conſenſu pontifex creatus ſedit men. v. Hic bea-
tus tantūmodo in hoc dici poteſt q̄ nullis ſeditionibus toto ſuo pontificatu vexatus fuerit. ꝓ ii45
pter hanc (vt arbitror) cauſam quia vbiq; peſte laboratum eſt: ex qua etiam ipſe menſe quito de
fecit: ⁊ in lateranenſi baſilica ſepultus fuit.

Lucius tertius papa natione bononienſis patre alberto poſt celeſtinū pontificē predictū ſedit mē. xi. ⁊ Papa. 175
diebus. 4. hic tituli ſancte crucis in hieruſalem preſbyter cardinalis fuit: quā quidē baſilicā ferme to-
ta collapſam ꝓpriis expenſis reſtituit: qui inito pontificatu nil pretermiſit: quod ad expeditionē hie- ii46
6345 roſolymitanā admodū neceſſariā pertinebat. vex ⁊ ipſe dum in his verſaretur peſte abſumitur: ⁊ in late-
ranenſi baſilica ſepellitur.

¶ Ioannes de tp̄ibus ſic appellatus: vt chronice oēs tradūt: hoc eodē āno cum. 361. annis vixiſſet: in galliis
moritur: quē Caroli magni armigerū fuiſſe tradūt.

¶ Moneta genuenſibus ꝯceditur.

¶ Genuenſes hac tēpeſtate cū ⁊ ditione diuitiiſq; ac gloria admodū clari haberentur a Conrado iſto ceſa
re ſignandi pecuniā ⁊ aureā ⁊ argēteam priuilegiū obtinuerūt cum ipſius. ſ. nota: qd̄ ⁊ nunc vſq; apud eoſ
in fidem premiſſoꝝ fideliter ſeruatū eſt. Nā vſq; ad id tp̄s: ut Jacobus coꝝ theologus refert: Genuenſes
niſi papienſi moneta ⁊ q̄buſdā paruulis: qui Brunetti dicebantur vſi fuerant.

Eugenius eius nōis tertius papa natione piſanus ſancti Anaſtaſii abbas: quē beatus Bernardus Papa. 176
monachū fecerat poſt Luciū pōtificē papa electus ſedit annis. 8. m̄. 7. ⁊ diebus. 20. Hic vir pruden
6346 tiſſimus ⁊ optimus fuit: Qui romanoꝝ conatus intelligens: qui ſcilicet ſenatores ſuos confirmari ii47

oīo volebant ad farſenſe monaſteriū noctu in ſabinos abijt: ibiqꝫ cōſecratus ſtatim romā redijt: ⁊ moleſtā tes romanos moleſtare cepit: qui pace petita magiſtratu ſe abdicarūt. Sed pauloþoſt intelligēs doloſe cō tra eum Romanos agere tyberi dilabit̄. Quem Romani nō ſecus ꝙ gelaſiū olim cū ſagittis perſecuti ſūt. Ille autem piſas ⁊ deinde in franciā nauigauit: vbi repto Bernardo patre ſuo ad ludouicū frācie regē ſe cōtulit: illumqꝫ cruce ſignauit: ⁊ multos cum eo in turcos ⁊ ſaracenos animauit. Inde regis auxilio fretus romā redijt: ⁊ a romanis cū magno apparatu: ⁊ eximia oīuꝫ expectatione exceptus eſt. Vez cuꝫ tybur re creādi aī grā conceſſiſſet: nō ita multo poſt ibidē vita diſceſſit: Romāqꝫ delatus ī baſilica beati petri ſepelit̄

Dñicus mauroceno eius noīs ſeptimus: quadrageſimus venetoꝝ dux eo āno quo Eugenius oīuꝫ cōſen ſu dux creatus ducauit ānis. 7. Hic nāqꝫ verus ⁊ integer ac aptus vir fuit: q ſine ſimulatiōe: ſineqꝫ fictione xp̄ianā religionē quoad potuit intus et extra excoluit ⁊ ꝓpterea claſſē ſubſidiariā ī auxiliū xp̄ianoꝝ in aſiā miſit: paciſqꝫ amator exiſtens bella inuitus ſuſcepit. Sed edificādi ſtudio uehemētē curā exhibuit. Quam obrem venetā vrbem maximis edificijs ſua ⁊ cōi impēſa exornauit. Et inter cetera ſancti marci turrī cam panariā excitauit: ſuoqꝫ hortatu ⁊ exemplo hoſpitale in canaliſ orphani ripa edificatū fuit. Et licet in tanto faſtigio collocatus eēt: nūꝙ tñ litteraꝝ ſtudiū intermiſiſſe legitur. Moriens tandem cuꝫ maximo omniū luctu apud ſanctam crucem ſepelitur.

1149 Genuenſes chriſtianiſſimi ⁊ magnanimes viri hoc anno Eugenij pape hortatu claſſeꝫ centū ⁊. 63. ligno rū contra turcos ⁊ ſaracenos: q chriſtianos crebris incurſionibus infeſtabāt armauerunt: ⁊ vna cum bar chinonenſi principe in armariā ꝓficiſcuntur: vbi ⁊ hoſtili aīo turcos ac ſaracenos inuadunt: cū quibus ꝑ lio conſerto diu ⁊ acriter maxima cū vtrinſqꝫ cede pugnauerūt. Tādē genuēſes ſupiores exiſtētes ipſiſ bar baris ingentē cladeꝫ dedere. Nā cū in eodē prelio ad. 20. milia interfeciſſent: vrbē ⁊ quecūqꝫ in ꝑdā datam ēt. x. milia vtriuſqꝫ ſexus ex ea capta cū ingēti gaudio: vt Iacobus coꝝ theologus ſcribit: genuā in triūphi modū perduxere. Quoꝝ ſpolijs genuenſes miꝝ in modū ditati etiaꝫ ex ipſoꝝ manubijs multa donaria ī auro ⁊ argento eoꝝ eccleſijs obtulere.

Noruegia prouincia his quoqꝫ tp̄ibus viuaci predicatione albanenſis epiſcopi chriſti fidem recepit. Ob cuius bñficiuꝫ atqꝫ virtutē: poſtea Anaſtaſio quarto defuncto maximo omniuꝫ conſenſu pontifex creatus hadrianus quartus appellatus eſt.

Viri diſciplinis excellentes.

Gratianus ſancti proculi monachus p̄ria ethruſcus tēpeſtate iſtac apud bononiā italie vrbē ob eius inge nij ⁊ doctrine magnitudinē maximo ī ꝑcio habitus ē: vbi inter cetera ſue lucubrationis opa decretoꝝ libꝝ accuratiſſime collegit: Cuius principiū ē: Humanū genus duobus regit̄. Quod quidē celeberrimū opus Eugenius pontifex approbauit ⁊ legendū publico Gymnaſio cōceſſit. Ipſuꝫ autem librum in tres diuiſit partes vꝫ diſtinctiones cās ⁊ de cōſecrationibus. Primaꝫ aūt partē in vnā ⁊ centū particulas diſtinxit. Se cundā in. 36. cauſas. Ac tertiā de ꝯſecratione nuncupauit eo ꝙ ita iam inceperit. Et hanc quoqꝫ in quinqꝫ diſtinctiones diuiſerit: De quibus hi extant verſus. Vna cū centum diſtinctio ſit tibi prima. Ac. 36. cauſe ſunt parte ſecunda. Hunc finit ⁊ cōplet dictio quinta.

Petrus lōbardus pariſienſis ep̄s ex Nouaria Ciſalpine vrbe oriundus per id quoqꝫ tēpus (ut vincenti us gallus teſtatur) apud pariſiuꝫ inter doctos non ſolū ſue etatis: ſꝫ ⁊ prioꝝ ſeculoꝝ litteris ornatiſſimus: ⁊ bonitate vite atqꝫ ingenij acumine clariſſimus ⁊ celeberrimus fuit. Cuius rei gratia. 4. ſentētiaꝝ libros accurate doctiſſimeqꝫ cōpoſuit: cuius libri principiū eſt: Cupiens aliquid de penuria. Indeqꝫ pſalteriū to tū ⁊ pauli ep̄las optime gloſauit: atqꝫ ſermones multos ⁊ doctos atqꝫ elegantes ad populuꝫ habuit.

Petrū preterea cognomēto Comeſtorē predictis nō carne ſꝫ virtute frēꝫ: ⁊ ipſe eadeꝫ etate ⁊ tēpeſtate in gallijs floruiſſe: vincentius gallus: affirmat: qui vtriuſqꝫ teſtamēti hiſtoriā diligēter ⁊ accurate explanauit: cuius principiū ē: Imperatorie maieſtatis. Alia etiā nō nulla edidit: ſed ⁊ verſus quoſdā ī laudē beate vir ginis marie pulcherrimos compoſuit.

Auicenna quoqꝫ hiſpalenſis medicus oīuꝫ clariſſimus eminētiſſimi ingenij vir: de cuius vita nil certū fer me habetur. his tp̄ibus vniuerſo orbi clariſſimus hētur: quē meſue ⁊ Zoar medici Aboalim vocāt: ſꝫ vul gares bythinie regē fuiſſe dicūt: ⁊ ab Aueroi medico venenatū tradūt: ſed anteꝙ periret ipſe illū Au eroi interfeciſſe: Qui cū in oī doctrina eruditiſſimus eſſet: librū excellētiſſimū cōpoſuit: In quo oēꝫ logicā oēꝫ qꝫ naturalem phām multis uoluminibus complecti uoluit. Methaphyſicaꝫ deinde accuratiſſime enucle auit: Diſtinctiuſqꝫ ac clarius pre ceteris medicis poſt alios medicos in lingua arabica: poſtꝙ oīuꝫ medico rū ſcripta vidiſſet medicinā oēꝫ in quinqꝫ libris deſcripſit: ī quibus ſe Galieni iterpretē appellat. Scripſit quoqꝫ ⁊ de viribus cordiſ: de tyriacha: de diluuijs cāticoꝝ etiaꝫ librū edidit: De alchimia ad Aſſem phūꝫ Inſuper ⁊ liber quidam: qui de cholica tractat eidem aſcribitur.

Auerois quoqꝫ medicus cognomēto comentator: phūs quidē clariſſimus: ⁊ ipſe apud cordubā hiſpanie vrbē hoc tp̄e: vt ex libro eius qui de celo tractat hētur floruit ⁊ multa cōpoſuit: ⁊ adeo excellenter in oēs Ari ſtotelis libros ſcripſit: ut cōmētatoris cognomētū promeruerit: deinde de ſubſtantia orbis ⁊ de ſectis cōpo ſuit: Librūqꝫ pulchꝝ de medicina collegit atqꝫ de Tyriacha ⁊ de diluuijs ac alia multa edidit. Auicene. n. medici emulus ⁊ inimiciſſimus fuit.

Zoar ēt medicus cognomēto ſapiens his tp̄ibus fuiſſe ⁊ claruiſſe ipſemet in. 15. tractus ſui: qui de Tyaſe ri inſcribit̄. li. ſ. 2. c. 5. teſtatus eſt: atqꝫ cum Aboali Auicena in carceribus fuiſſe in eodem libro meminit.

riam [illegible] et felicibus gaudiis in celo letificasti. Concede propicius ut eius meritis et precibus omnibus [illegible] salutem et prosperitatem mentis et corporis consequamur et ad gaudia tue beatitudinis et eius eterna felicitate [illegible] qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum amen. [illegible] licentiatus.

Hic cum eſſet eruditiſſimus vir librum medicine noīe Taſyrū ad quedā regem dedit: Indeqʒ nonnulla ꝯſilia compoſuit. Dicitqʒ ſe vniuerſam medicinā ampliſſimo volumine euoluiſſe.

¶ Ricardus cluniacenſis monachus diſertiſſimus vir: ⁊ ipſe hac etate claruit: ⁊ quedā (vt vincētius gallus teſtatur) compoſuit. ⁊ inter cetera hiſtoriā multoꝝ tpoꝝ eleganti ſtilo cōſcripſit: quam multi ſcriptores magnifaciunt. Ex qua idem Vincentius in ſuo ſpeculo multa excerpſit.

Anaſtaſius. 4. papa natione Romanus ex patre bñdicto natus ſci Ruffi viletrene dioceſis ab bas Eugenio pontifici hoc āno ſuffectus ſedit ānis. 1. men. 4. et diebus. xxiiij. vir certe pientiſſimus ⁊ multe miſericordie inſignitus: qui cum in tota ferme europa fame ⁊ graui peſte laboraretur: clam et aperte largas pauperibus elemoſynas ēt ex Romanā vrbē prebebat. hic itaqʒ pontificatu adepto mox calicem pulcherrimi operis pondo marchaꝝ. xx. ⁊ alia quedā donaria lateranenſi eccleſie cōdonauit: palatiū deinde peregregiū apud ſcā3 mariā rotūdā edificauit. Cūqʒ religioſos viros plurimū veneraretur: ⁊ pulegijs āpliſſimis ⁊ gratijs communiuit: ⁊ ꝙmaxime Gulielmū eremitaꝝ sancti aug. fratrem olī3 aquitanie ducē ſūma deuotione cōplexus eſt: vt. ĩ. de eo dicet. Multa. n. tū ad dignitatē eccleſie: tumqʒ ad ornatū vrbis facere ſtatuerat: qđ ⁊ feciſſet niſi imatura morte preuentus fuiſſet. Tādē viā vniuerſe carnis ingreſſus ĩ lateranēſi baſilica ſepulchro porfiretico ſepellitur. — Pap. 177. — 6352 — 1153

¶ Alphonſus hiſpanie rex eo ipſo anno quo Anaſtaſius pōtificatū inijt ab expeditione hieroſolymoꝝ rediens cū domū applicuiſſet: ſtatim morit: ⁊ in eius loco Sanctius natu maior ſubrogat. paulopoſto ferdinādus frater: q et ipſe in arabia accedens: ibidē pro chriſti noīe bellando interijt: Quo mortuo eius filius alphonſus noīe ſucceſſit. Nec ꝗtum quiſqʒ coꝝ regnauerit compertum habemus.

¶ Thomas cantuarienſis archieps vir quidem optimus ⁊ ſanctiſſimus hoc āno ab Henrico angloꝝ rege martyriçatur. Is enim cum iura ſua ⁊ eccleſiaſticas dignitates: quas ſibi predictus rex ⁊ publica eius poteſtas vſurpauerat reſarcire: ⁊ in ſtatum priſtinū reuocare anniteret poſt exiliū dāna: cōtumelias: atqʒ obprobria: poſtqʒ parentum ⁊ amicoꝝ proſcriptionem ⁊ alia atqʒ alia ſupplicia: tandē martyrio coronatus ē. Quod quidem ſcelus cū ex coniuratione henrici regis factitatu3 affirmaretur: ipſe rex confeſti3 ſe falſo accuſatum per oratores apud Alexandrum pontificem maximum iuramento purgauit. Verum alexander auditis ⁊ cognitis crebris ipſius beati Thome miraculis eum in ſanctoꝝ cathalogo aſcripſit. Eius autem vitam quidam Joannes epiſcopus conſcripſit.

Federicus primus cognomēto barbaroſſa natione ſueuus. xi. germanoꝝ impator hoc āno poſt ꝯradum germanū ſuū delectus impator imꝑauit annis. 37. Qui creatus auguſtus ꝯfeſti3 in italiā deſcendit. Ingreſſuſqʒ lōbardiā verdonā vrbem tūc inſignē eidē non obtēꝑātē aliꝗdiu obſedit quā cū tādem vi obtinuiſſet militibus ſuis in predā dedit: qua capta ⁊ ſpoliata celeri greſſu romā cōtendit: ingreſſuſqʒ vrbē ⁊ ex more pontificē ſalutato ab eodē impij coronā apud ſanctū petrū accepit. verū dum pontifex hadrianus ipſu3 incoronare ſtatuiſſet: ne quid tumultus excitaret Leonine portas claudi fecit: Ex quo populus romanus indignatione cōmotus: vi ꝑ hadriani pontē in vaticanū erupit: ac imꝑatoris familiā inuaſit: ⁊ multos vulnerauit. In quos mox vltio ab exercitu imꝑatoris facta ē. multos eīm Romanoꝝ aut cecidit: aut captiuauit. S3 imꝑator pōtificis precibus delinitus confeſti3 captiuos incolumes dimiſit. Nec ita multo poſt dum in germaniā rediret cremonā ciſalpine gallie ciuitatē obſedit: ⁊ multis incurſionibus afflixit. ⁊ lacerauit. Mortuo deinde hadriano pōtifice ſucceſſori eiuſde3 admodū aduerſari cepit. vnde ⁊ quatuor pontifices ſciſmaticos ꝯ eum ſucceſſiue creare fecit. Quoꝝ quidē ſeditionibus: ⁊ perturbationibus eccleſia romana fere collapſa ē. Quibus iniurijs permotus pōtifex Alexāder Federicum ipſum: ⁊ ſciſmaticos pontifices ſuos anathematis vinculo colligauit. Quā obrē Federicus oē3 eccleſie ditionem pulſo Alexandro occupauit. ⁊ cum multe eidem ciuitates reſiſterēt: oē3 fere ciſalpinam vaſtauit. S3 dū in pontifice nimium exardeſceret: ⁊ crudeſceret: ⁊ ꝙmaxime ĩ lōbardia ihumaniter imparet Gualuagnus anglerie comes: ⁊ tunc mediolani princeps adiuuātibus ſocijs ciuitatibus eius copias ita frequētibus prelijs attriuit: vt cū pontifice romano libenter pacis federa inire coactus ſit: ⁊ maxīe ꝙ otho eius filius a Sebaſtiano venetoꝝ duce captiuus tenebat. Eas ob res impator venetias ad Alexādrū pontifice3 humiliter acceſſit: ⁊ ibide3 depoſito imꝑiali veſtimēto in ianuis baſilice beati marci populo vniuerſo aſtāte ⁊ ſpectāte humi ſe proſtrauit: ⁊ veniā pōtifici romano ſupplicitер expoſtulauit: Qui ſuſcepta penitētia: ⁊ obediētia itegra promiſſa iureiurādo pacē firmauerūt: Atqʒ ita venetoꝝ opera federicus abſolutōis bñficiū ꝓmeruit: ⁊ eccleſie rōane recōciliatus fuit. His ex ſñia bñ ⁊ optīe geſtis: Federicus magno ſibi exercitu cōparato ꝓ ſyria expeditionē ſūpſit. Et per vngariam iter faciēs tāde3 conſtātinopolim peruenit: vbi Iſaach grecū imꝑante3 offēdit: qui federici potentiā veritus traijcere baſphoꝝ hortatus ē: Traſmiſſis itaqʒ copijs Federicus primo philomenā vrbē de turcis accepit: ac Iconij agrū vaſtauit indeqʒ cu3 multas Barbaris cedes dediſſet: tandē armeniā minorē totā occupauit: ⁊ in ſuā ꝑtate3 redegit: Ibidēqʒ ꝯſtitutus dum aliqñ rapidū amnē lauādi cā inexplorato ingreſſus fuiſſet: ab aquis ſuffocat: cuius funus tandē a filio repertū tyrū perducitur: atqʒ ibidē cū maximo omniū luctu ſepellitur. Quo mortuo filius eius exercitū in antiochenū agrū ꝑduxit: vbi ⁊ parti3 morbo: partiqʒ fuga tāde3 ꝯſumptus ē. Fuerat. n. federicus hic magnanimis largus ſtrenuuſqʒ atqʒ facūdus ac ĩ oībus ſemp glorioſus: de cuius geſtis ēt multa iſra dicēus. — Federicus primus — 6352 — 1153

¶ Vitalis Michael. 41. venetoꝝ dux Dominico mauroceno duci hoc anno ſurrogatus ducauit annis. 17.

1154 De iſto nil memorie dignū habemus niſi ꝙ cum regnaſſet annis.17. ob eius imprudentiā apud palee pō-
tem anno etatis ſue ſeptuageſimo a populo obtruncatus fuit: eo ꝙ claſſem peſte infectā in vrbē introduxiſ
ſet. Eoqꝫ ſic mortuo corpus eius apud ſanctū Zachariā ſepultū fuit.
1155 ¶ Gualuagnus āt anglerie comes et mediolani princeps vnicus andree principis filius hoc anno patri in
regnū ſuccedens regnauit annis.24. Uir certe inclytus ⁊ celebri laude dignus: qui ab parētis ſui equita-
te minime exorbitauit: preter hoc ꝙ bellum pacis ſemp carius habuit: dixit enim ſe curſum nūꝙ actuꝝ ni
ſi ſi aut in hoſtes rueret: aut fugientes inſequeret̄: quod bene patre mortuo oſtēdit: ga de nihilo aliud ꝙ ō
bello gerendo meditabatur: vnde pricipatu inito primo ſuo congreſſu in laudenſes mouit: quibus ſupera-
tis ⁊ profligatis etiam papienſes ſibi infenſos plurimū laceranit ac clemonēſes pari mulcta affecit: poſtmo
dum contra comenſes: qui predictis ciuitatibus preſidia tulerāt: propauit: ⁊ eoꝝ ciuitatē perturbauit. De
inde exercitu congregato ī Gulielmū montiſſerati tunc marchionē duxit: Quē caſali obſidione cōcludēs
eo uſqꝫ ipſuꝫ perduxit ut pre fame mulos ⁊ mures ac herbe: quas pecudes non comedūt oppidanis ꝓ ſum
mis delitijs haberētur. Tādē ne fame deficeret deditionē fecit. ⁊ eo cū oībus capto vectigaleꝫ ſibi cōſtituit
Contra Federicū demuꝫ imꝑatorē: qui eū in mediolano obſederat multotiens cū ingenti virtute dimica
uit: atqꝫ eius legiones ſepiſſime profligauit. Et lꝫ pro vrbe conſeruāda multa icōmoda ⁊ dāna atqꝫ vulne-
ra in proprio corpore pertulerit: attamen nūꝙ animo conſternatus fuit. poſt multas deniqꝫ cōcertationes
⁊ vaſtationes iudeis prodentibus ciuitatē imperator cū exercitu ingredit̄: ⁊ cūcta in direptioneꝫ data tātā
crudelitatē exercuit: vt nō etati aut ſexui parcere voluerit: ſꝫ oēs cedi: ⁊ ꝓ ſeruis haberi mandauit. Ablate
qꝫ mediolanenſium opes ⁊ domus dirute: etiā menia cūcta per circuituꝫ penitus euertit: vrbeqꝫ ſolo equa
ta Federicus aratrū per circuitū duci: ⁊ ſal ſpargi precepit: his geſtis gualuagnus cū Joāne epō ac multiſ
ex viceçomitū familia captis in germaniā ad perpetuos carceres relegant̄. hunc itaqꝫ gualuagnū captum
Federicus: ut aiunt: triduo ſub mēſa ad modū canis tenuit: ⁊ multis flagellis cedi fecit. perductus āt ī ger
maniaꝫ ⁊ ī cōpedibus cōiectus multis ānis afflictus fuit: poſt multos ānos Gualuagnus cōpedibus fra
ctis cuſtodibuſqꝫ interfectis ī italiam cū ruſtico habitu venit: vbi mediolanēſiū ciuibus cōuocatis ⁊ in vnū
collectis adiuuātibus ſocijs ciuitatibus ac grecoꝝ īperatore ab integro ciuitatē repoſuit: ac menibus mu-
niuit: ⁊ ꝓ viribus cūcta reſtituit. Tandē gualuagnus hic vir inuictiſſimus cūctis filijs eius priuatus ai do
lore ⁊ ſenio grauatus egritudinē contraxit: atqꝫ die quinto quo egrotatare cepit vitā cū morte mutauit: qui
fuit annus dn̄i.1182. Quo ſine virili ſobole defuncto mediolanēſes ꝑ ſenatū more populi Ro. ſe ſuaqꝫ rexe
re: ac ita per duos ⁊.50. annos vſqꝫ ad Turianoꝝ tyrānidē ſeruatū eſt.
Papa.148 HAdrianus quartus papa ꝓfeſſione monachus: ⁊ gēte anglicus Anaſtaſio pōtifici hoc āno ſuc
cedens ſedit ānis.4. ⁊ men.x. hic cū eſſet egregius declamator ab Eugenio tertio in Norvegi
am prouinciaꝫ conuertēdā miſſus fuit: ⁊ illā ad chriſti fidē conuertit. Qui magiſtratu ſuſcepto
1156 minis ac precibus a romano populo tētatus fuit: vt liberā vrbis adminiſtrationē cōſulibus re-
linqueret: qō ſe factuꝝ cōſtātiſſime recuſauit. Quā ob cām populus indignatuſ cardinalē vnū 6355
multis affecit vulneribus: vnde pontifex eos acerba ⁊ dura execratione ac interdicto perſecutus eſt. Jtidē
fecit in gulielmū ſicilie regē: qui multas eccleſie occupauerat vrbes. Ueꝝ poſtea pontifex eū in gratiā rece-
ptum oīa errata pepercit. Hic itaqꝫ romanā dictionē plurimū auxit: ⁊ circa lacū ſancte chriſtine: ſeu vulſi-
num multa caſtella erexit: atqꝫ muniuit: ⁊ predia a comitibus coemit: ⁊ radicophanū oppidū muris ac tur
ribus inexpugnabilibus cōmuniuit. Primuſqꝫ pontificū vrbem veterē inhabitauit: quā etiā menibuſ ⁊ edi
bus cultiorem reddidit: vbi aliꝗtū moratus Romaꝫ reuerſus eſt. Sed ibideꝫ malignā conſulum conuerſa-
tionē odio hn̄s agrignanū petijt: ibiqꝫ moriēs corpus ſuū romā delatū ī beati petri baſilica ſepellitur.
¶ Gulielmus Rogerij regis filius hs apulie ⁊ Sicilie rex: hoc anno patri in regnuꝫ ſuccedens regnauit an
nis.12. licꝫ ſint qui dicant.15. Hic patre defuncto (ut erat animo ferox) mox Beneuentana ſuburbia capera
1157 nūqꝫ ac Banchū in hernicis de eccleſia occupat: ꝑꝑ qō hadrianus pontifex eū graue Anathemate notat:
Sꝫ paulopoſt Gulielmus vbi intellexit Emanuelē grecoꝝ imꝑatorē quinqꝫ milia libraꝝ auri pontifici ob
tuliſſe vt Gulielmū italia fugaret: mō ei tres apulie ciuitates ex federe ꝑmitteret. Eo audito ſtatim Guliel-
mus hic ad miſericordiā pontificis recurrit: ⁊ ei oīa ablata reſtituere ꝯpromiſit: atqꝫ vltra alia nōnulla op-
pida tradere Romanoſqꝫ rebelles ſubigere ac Aurū qō grecus obtulerat ꝑſoluere ſi eū abſolueret: ⁊ in re-
gno cōfirmaret. Que res admodū pontifici placuit: verū quidā cardinales auaritia ducti id bonū impedi
uere. Gulielmus autē indignatione cōmotus mox cū paratiſſimo exercitu Apuliā ingreſſus: copijs greco
ruꝫ ⁊ appuloꝝ prelio ſuperatis: oīa vaſtare cepit. Quam obrē Appuli ⁊ Salentini cōpulſi ei deditionē fece
re pontifex vero cardinalibus indignatus: ꝙ malum conſiliuꝫ dediſſent: Gulielmuꝫ ad ſe vocatuꝫ in grati-
am recepit: ⁊ vtroqꝫ regno eum confirmauit: adhibito prius ſacramento ſe nil amplius deinceps molitu-
rum: qō Romanaꝫ eccleſiam offenderet inde eo ⁊ deinceps ſingulis annis Apulie reges vectigal pontifici
Romano perſoluere conſueuerunt.
¶ Gulielmū etiā Eremitā ordinis noſtri viruꝫ vtiqꝫ ſanctiſſimuꝫ oliꝫ aquitanie duceꝫ ⁊ pictauienſiuꝫ comi-
tem per hec quoqꝫ tēpora in Gallijs virtutibus ⁊ miraculis claruꝫ fuiſſe conſtat. Qui a primeuo iuuentu-
tis ſue beato a Bernardo abbate ſufficienter edoctus dum cunctis celſior haberetur: morteꝫ preoculis ſibi
conſtituere voluit timenſqꝫ ne aliquando morte ſubitanea raperetur ſpretiſ ſeculi pompis in vaſtā Eremū

ſeceſſit: ⁊ ibidē ſub diui patris auguſtini regula perfectus chriſti ſeruus eſſe cepit. Factuſqꝫ religioſus dei
ceps ꝙto in ſeculo altior i honoris cacumine fuerat tanto ſe humilius ſub cōditoris ſui regimine ſubdidit:
Et ſicut antea inſignis ⁊ loricatus barbaros ⁊ hoſtes ꝓpulſare conſueuerat: ita in deum cōuerſus loricā ſu
per nudū induens crebris orationibus: vigilijs: ieiunijs: diſciplinisqꝫ corpus ſuū indeſinēter affligere vo
luit: Quibus armatus preſidijs hoſtes ſpirituales atqꝫ peccata colluctādo ſuperauit: hāc ob rē multi nō
modo ſeculares: verum ⁊ eiuſdem ordinis fratres atqꝫ alij priuati: quibus vite ipſius fama nota fuerat ad
eum confluebant: ⁊ tanꝙ bonū patrem ⁊ doctorē ordiniſqꝫ īſtauratorē paruo adhuc ſub tugurio boni ob
ſeruabāt diſcipuli. Is cum ciſtercienſiū ordinem i gallijs modico tpe plurimū auctum: ac maximo i precio
habitū: ſuumqꝫ eremitarum ordinē adeo in omnibus labefactum dirutumqꝫ atqꝫ vaſtatum: vt nulla qua
ſi religionis facies in eo videretur. Collabentia namqꝫ videbat monaſteria: collapſa oratoria: deſertos or
tulos: ⁊ quid plura? laborātē prorſus diuī religioſitatis caritate: ⁊ inopia ordinem offendit: vt nullum fer
me religionis inditium in eo videbatur. Ordinis itaqꝫ ſui vir ſanctus calamitate permotus animū ad in
ſtaurandū ipſum moreſqꝫ religioſorum ſuorū componendos ita adiecit: vt breui conualeſcēs ex multitu
dine religioſorum ac monaſteriorꝫ aſe reſtitutorum meliorem faciem ordo ipſe eremitarum diui auguſti
ni in gallijs pre ſe tulerit. hanc ob rem ordo ipſe ea in regione eum non modo patrem: verum etiam ordīs
conditorem appellauit. vnde ⁊ deinceps ordinis fratres non Auguſtini: ſed gulielmite vulgo appellauit.
Hic itaqꝫ conceſſione Anaſtaſij pontificis ac hadriani eius ſucceſſoris relicta eremo ciuitates primus ex
eremitis incolere cepit: ⁊ primum monaſterium apud pariſium ſub mendicitatis titulo extruxit: quod eti
am carthuſienſis frater in ſuo faſciculo temporum conteſtatus eſt. Huius autem precipuus Albertus gal
lus fuit: Qui viuendi modum ſua docrina ⁊ vite ſanctitate ordinem poſtmodum auxit: ⁊ rigore continuit
Hic ſiquidem Gulielmitarum titilus in gallijs vſque ad Innocentij quarti pontificis tempora perſeuera
uit. Uerum eo mandante poſt habita eius denominatione: ⁊ omnibus diui patris Auguſtini eremitis ad
ciuitates vbiqꝫ accerſitis idem pontifex Innocentius: ⁊ ſucceſſores omnes ſub vno titulo eremitarum ſan
cti Auguſtini appellari voluit atque precepit. Erunt forte qui a durato iam calcibus tramite exorbitent: ⁊
clament me temerarium fore religioſum: eo ꝙ preſumam hoc in loco dicere ea que multis incognita ſunt:
vt hunc patrem Gulielmum ordinis eremitarum diui Auguſtini fuiſſe fratrem dicere auſim. Sed ſi ipſi
veterum pontificatum annales: ⁊ ſcripta (prout diligenti cura fecimus) perlegerint: nec dubito quin com
periant me hoc in loco vbicunque vera dixiſſe: Qui ſi religioſi ſint: aut taceant: aut eos peniteat: aut certe
legant: cum inter alia crimen hoc minime deceat religioſum.

¶ Hereſis vualdenſiū ſeu pauperū de lugduno per hoc ipſū tēpus initiū ſumpſit: Cuiuſ quidē auctor qui 1158
dā nomine vualdo lugdunenſis ciuis fuit. Is cū diues admodū haberetur opibus relictis ⁊ pauperibus
erogatis dyabolica quadā ſuaſione ductus euangelicam paupertatē omnimode obſeruare ſtatuit: vn
de cū idiota eſſet: quoſdā vulgares libros cum quibuſdam ſanctorū dictis ſibi conſcribi fecit quos non
ſane intelligens ſuo inflatus ſpiritu predicando ſanctorū apoſtolorū officium ſibi vſurpare curauit. Con
gregatis itaqꝫ innumerabilibus quaſi diſcipulis multos ⁊ quidē peſſimos errores diſſeminare cepit: pre
latos ſcilicet ac clerū penitus aſpernando monitus autē reſpondit obedire oportet deo magis ꝙ homi
nibus: ⁊ cum in ſuo ſenſu obduratus perſiſteret tandem veluti hereticiſſimus ⁊ contumax anathematis
vinculo innodatus patria propellitur: que res facta eſt in laqueum magnum ⁊ maximū ſcandalum ſimpli
cioribus viris: adhuc autē multis in locis hec ipſa fatuitas viget.

## ¶ Uiri diſciſciplinis excellentes.

¶ Joannes carnotenſis epiſcopus ⁊ beati Thome cantuarieñs familirriſſimus: homo doctrina ⁊ eloquē
tia clariſſimus: his temporibus in precio exiſtens librum de Curialibus ⁊ philoſophorꝫ nugis cōpoſuit
Ac etiam vitam ipſius beati Thome accuratiſſime edidit: atqꝫ alia quadam vt vincentius gallus li. 29. te
ſtatur ſcripto mandauit.

¶ Joannes etiam medicus Meſue filius: qui Meſue alterius fuit filius Hanech filij Hali filius Abdele
regis Damaſcenorum ⁊ ipſe hiſdem temporibus in medendis langoribus clarus exiſtens de Medicina
rum ſolitiuarum rectificatione librum ſcripſit. Aliumquoqꝫ Antbidotarij: quem appellauit Grabadin edi
dit inſuper: et cum de curis morborum ſcribere orſus fuiſſet. Cumqꝫ a capite inchoaſſet ſcribens de mor
bis cordis interijt: ⁊ manchum opus reliquit quod poſtea petrus Apponus patauinus: ut aiunt perfecit
An chriſtianus iſte fuerit ignotum habemus: ⁊ licet tanꝙ fidelis ⁊ bonus deum perſepe appellet. Nuſꝙ
tamen in ſuis operibus xp̄m nominat.

¶ Joachin abbas calaber maxime doctrine: ⁊ excellentiſſimi ac prope diuini ingenij vir hac ipſa tēpeſtate
apd̄ Gulielmū regem: ⁊ calabros oēs clarus ⁊ inclytus fuit. Qui prophetie ſpiritu (vt aiūt) repletus futu
ra quaſi preſentia differebat. Is aliquando ab Othone Auguſto interrogatus quid ſibi de expeditione ſa



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

racenorum ſperandum eſſet. Reſpondit: nundum adeſſe tempus quo hieruſalem recuperari poſſet: itaq̃
chriſticolas non valde profecturos: Hic cum plurimum eruditus eſſet nonnullos in ſacris codicibus edi
dit commentarios: ⁊ q̄ maxime in apocalipſim: vbi ⁊ multa predixit: ⁊ potiſſimum de ordinibus mendi-
cantium. Item contra Petrum lombardum Theologū doctiſſimū librum compoſuit: Qui etenim po-
ſtea damnatus: ⁊ reprobatus fuit: ſicut patet in principio libri decretalium. Alia quoque perpulchra ſcri-
pto mandauit.

Alexander tertius papa natione ſenenſis hoc anno mortuo Hadriano pontifice maximo a du
obus ⁊ viginti preſbyteris cardinalibus electus ſedit annis vno ⁊ viginti: ⁊ diebus decem ⁊ no
Pap. 179 uem: Uir certe ſtrennuus: ⁊ excellentiſſimi animi inſignitus: In cuius electione maxima in
vrbe Roma ſeditio exorta eſt. Duo enim pontifices maximi conſtituti fuerunt: Quorū vnus
1160 hic: alter vero a tribus ſolummodo prophanatus cardinalibus Uictor eſt appellatus. Qui in 6359
ter ſe diſſentientes Uictor ad Federicum imperatorem: Alexander vero ad Gualuagnū me
diolanenſem principem: ⁊ Philippum francorum: atque Henricum anglorum reges: ac alios italie prin-
cipes confugit. Quam ob cauſam Federicus tres alios pontifices maximos creauit. Nam Uictore pon
tifice mortuo primo Paſchalem: poſt Calixtum: deinde Innocentium pontifices ſummos conſtituit: qui
omnes in ſua execratione peſſima periere. Alexander itaque hic talibus: ⁊ tam continuis circundatus ſe-
ditionibus: quum etiam Federicus omnem ferme Romane eccleſie dictionem occupaſſet hortante Phi
lippo francorum rege: ⁊ Guilielmo ſicilie rege ſtrennuiſſimo ac potentiſſimo in tranſalpinam galliam cō-
tendit: Ubi ⁊ in claramonte concilio habito Federicum imperatorem: ac Uictorem antipapam cum eo-
rum complicibus ſcimaticis anathemate notauit. Qua propter Federicus turbatus deſtructis mediola-
no: alijſq̃ compluribus Italie vrbibus: e veſtigio in Germaniam conceſſit. Mortuo autem apud Lucā
ethrurie vrbem Uictore antipapa Guido cremenſis a ſeditioſis ſubrogatur: ⁊ Paſchalem appellant. Inte
rī autē Alexander ab amicis ſuis conſulibus Romanis ex gallia reuocatus: ciſalpine Gallie populi in li
bertatis ſpem eriguntur: ⁊ in Federicum imperatorem ſeuiſſime imperantem arma ſtatim ſuſcipiunt: ⁊
eius preſidia ex munitionibus eijciunt. Quo audito Federicus rurſus ex germania cum magno exercitu
in Auſoniam venit: ⁊ vlciſcendi iniurias (vt ipſe dicebat) occaſione nactus in Romanam vrbem rerum do
minam mouet: Pro quo pontifex eius vires perhorreſcens poſt duram vrbis obſidionem: ⁊ horrendas
vtriuſq̃ partis cedes decimoſeptimo pontificatus ſui anno coqui ſui veſtibus ſumptis eo in habitu vene-
tias profugit: ⁊ ad diue virginis de charitate monaſterium paulo ante a Marco Iuliano conditum pro-
fectus hic ab incolis recipitur: ⁊ Ortulo preficitur poſt aliquot vero menſes cum quidā nomine Comō-
dus eum ibidem agnouiſſet velut inſenſatus confeſtim ad Sebaſtianum Ducem acceſſit ⁊ ſilenter in vrbe
Ueneta adeſſe pontificem Romanū rettulit. Qui re cognita mox Senatum congregans cum omni ap-
paratu ad pontificis diuerſoriū acceſſit: Compertoq̃ ibidē pontifice Romano in tali deſpecto habitu cū
cum crucibus alijſq̃ ſolemnitatibus ad diui Marci templum cum omni gaudio ⁊ plauſu primo produxe
runt. Cumq̃ ibidem pontifex ante altare ex more conſediſſet ipſū principem et Senatum: ac omnē po
pulum benedixit. Imperator vero audiens ſummum pontificem venetijs adeſſe Othonem filium ſuum
cum armata claſſe ad repoſcendum ſummum pontificem venetias miſit. Cui Sebaſtianus Dux occur
rens facto congreſſu: ipſum ſuperauit ⁊ venetias vinctum perduxit. Othus autem ad ſummum pontifi-
cem captiuus perductus eo procurante pax inter maximum pontificem ⁊ patrem auguſtum componitur
altera vero que ſecuta eſt dies Federicus Uenetias venit ⁊ pacem a filio confectam hoc modo approbauit
vt Rome ⁊ que dictionibus erant eccleſiaſtice ſummi pontifici redderet. Et quicquid ille pro perpetrata
culpa iniungeret patienter perferret. Iſto igitur federe inito: Alexander ſummus pontifex confeſtim ad
Ianuas templi diui Marci euangeliſte acceſſit ⁊ ibidē vniuerſo aſtante Imperatori iuſſit vt ſe humi pro
ſterneret ⁊ veniam denuo poſtularet. At ſummus pontifex Ceſaris Imperatoris collum pede compri-
mens: ait. Scriptum eſt. Super aſpidem ⁊ Baſiliſcum ambulabis ⁊ conculcabis Leonem ⁊ Draconem.
At Federicus: Non tibi inquit: ſed Petro cui ſucceſſor es pareo: Et ſummus pontifex reſpondit: ⁊ mihi.
Et petro. Ac ſic inter Imperatorem ⁊ ſummum pontificem pace compoſita. Ipſe Imperator cum bona
venia recedens conſtantiam ſe contulit atq̃ ibidem etiam pacis federa cum omnibus Romano Imperio
ſubditis percuſſit: que pax Conſtantiana nuncupata eſt: ac pro lege habita apud noſtros allegatur: abi-
ens autem venetijs ſummus pontifex: cum Gulielmi Siculi regis triremibus tredecim ⁊ quattuor Ue-
netis. Ob acceptum beneficium quibuſdam gratijs venetorum Ducem atq̃ Senatum exornauit de qui-
bus infra dicemus: cūq̃ tertio hic pōtifex Romā profectus eſſet prodente obuiā honoris gratia omni po
pulo ſtatim apud lateranum concilium celebrauit: tum maxime vt mores curie iam nimia licentia labefa-
ctos cōponeret: tum etiam ut alia ad Chriſtianam Rempublicam neceſſaria conſtitueret. Quibus
rebuſgeſtis: Dū poſt longos labores quieturus ſperaret. Anno pontificatus ſui primo ⁊ vigeſimo die de
cimo nono Rome moritur: ſublatis prius e medio quatuor ſcimaticis pontificibus: quorū ſeditionibus ec
cleſia Romana fere ſubuerſa eſt.

¶ Alexandria Ciſalpine Gallie ciuitas hoc anno
a Mediolanenſibus: ſocijſqꝫ ciuitatibus contra
Papienſes Imperatori fauentes communi con-
ditur impenſa: ⁊ ab Alexandro pontifice Alexan
dria appellatur. Hec enim inter Aſtenſem vrbem
atqꝫ Papiam, apō Rouretum Tanaro amni adia
centem conſtituta eſt: Et Tanarus ipſe fluuius ip 1161
ſam quaſi interſecat: Qui quidem fluuius exun-
dans quandoqꝫ ipſam perturbat. Condita igi-
tur vrbe ex conſenſu: conſilioqꝫ ſummi pontificis
ad ipſam incolendam quindecim hominum milia
ex conuicinis ciuitatibus ſtatim miſſa fuere: qui-
bus ⁊ viritim diuiſi ſunt agri: atqꝫ ad edificanduꝫ
partita ſunt in vrbe loca. Anno deinde quinto vr
bis condite: Alexander ipſe pontifex: priuato pri-
us Papienſi epiſcopo: palij ⁊ ferende crucis dignitate noue vrbi epiſcopum dedit: Uerum cum aliquan-
do ipſi ciues quidam inſolentes epiſcopum interfeciſſent: per annos plurimos epiſcopo ipſa ciuitas caru-
it: ipſa quippe ciuitas nunc multis claret familijs clariſſimis: in quibus adſunt viri preclariſſimi qui arteꝫ
bellicam atqꝫ leges cum gloria pertractant: Inter quas ſunt Guaſchi atqꝫ Troti nobiles celeberrimi.

¶ Alexandria ciuitas Gallie Ciſalpine.



¶ Mediolanum ciuitas Metropolis.



¶ Mediolanum autem Metropolis ⁊ regia
Ciſalpine regionis ciuitas hoc anno poſt ſe-
ptem annorum obſidionis a Federico Im-
peratore capta innumerabilibus viris ac mu
lieribus ⁊ paruulis in Germaniam tranſmiſ 1162
ſis ſolo funditus equatur: ⁊ ad perpetuaꝫ rei
⁊ facinoris memoriam aratruꝫ ſemel huc at-
qꝫ illuc iuſſu Imperatoris deducitur: ⁊ ſal
ſuperſpargitur. Spoliatis autem ciuiuꝫ re-
bus Federicus ipſe Imperator reliquuꝫ po
pulum extra vrbem miliario decimo habita-
re coegit. Rodulphus vero quidam tunc co-
lonienſis epiſcopus huic euerſiōi preſens cū
imperatore aſſiſtens: ⁊ ipſe trium magorum
corpora que Euſtorgius Mediolanēſis epi
ſcopus e Conſtātinopoli iādiu tranſtulerat:
rapuit: ⁊ ſecū cū gaudio ad ciuitatē ſuam: vt
Uincentius gallus teſtatur: tranſtulit. Gualuagnus autem Mediolanenſium princeps paulopoſt e com-
pedibus Federici Imperatoris aufugiens in Italiam venit: ⁊ ciuibus ſuis in vnum collectis: vrbem ab
integro adiuuantibus vicinis ciuitatibus: ⁊ Ema
nuele Grecoꝝ impatore cū maxima gloria repoſu
it: atqꝫ muniuit. Similiter ⁊ Bordonam ciuitatē
ab eodē Federico ſpoliatā ⁊ dirutā atꝫ ſuccēſā ipe
Gualuagnus vir optimus reſtituit: ac etiam apud
Albiate oppidum pōtē perpulchrū extruxit.

¶ Secutia Pedemontium ciuitas.



¶ Secutiam pedemontium regionis tunc ciuitatē
in Cinisij montis radicibus poſitam idem Fe-
dericuſ imperator dum ex Gallia in Italiā deſcen
deret etiam dolo cepit: quam cum bonis omnibus
ſpoliaſſet penitus diruit: Nec poſtea vnquam in
eandem ciuitatis dignitatem coaluit: Eius poſt-
modum epiſcopatus propter ipſorum ciuium im
probitatē in: Thaurinenſem (vt aiunt) tranſlatus
eſt: Eo tamen in loco adhuc Caſtrum frequenta
tiſſimum ⁊ munitiſſimum habetur ducibus Sa-
baudie ſubmiſſum.



¶ Spoletum Umbrorum ciuitas.

¶ Spoletū etiā Umbrorū celeberrima olī ciuitas
⁊ ip̄a his tumultibus cū Alexādro pōtifici fauēt
a Federico ceſare iā tertio deſtruit̄ ⁊ vaſtat̄: ex q̄
p̄mū ſacris v̄ginibus oībus violatis oē hominū
genus in ſ̄uitutē redigi p̄cepit: Primo nāq̄ theo
doricus p̄mus Gothoꝝ rex cū ip̄am diu tenuiſſ;
in ea āpliſſimas edes edificauit: ⁊ ip̄am celeberri
mā reddidit: ſed alij q eidē regi ſucceſſerūt: gothi
eaſdē edes deſtruxerūt: ac etiā menibus euerſis:
tādē vacuā reliquerūt: quā tamē poſtea Narſes
Eunuchus deſtructis gothis denuo refici fecit:
atq̄ mādauit. Eā q̄ppe ciuitatē cū lōgobardi n̄ri
ꝯp̄hēdiſſent ob vrbis dignitatē ducū ac p̄ncipū
ſuoꝝ ſedē cōſtituerūt: Poſt deſtructionē v̄o regni
Lōgobardorum ſtāte Ro. eccleſie felicitate thea
trum fuit: Habet hec ip̄a ciuitas inter cetera nūc arcem omnium Italie munitiſſimam: que ⁊ edificiorum
pulchritudine preter alios nuperrime (vt vidimus) a Dominico gentili ricio genuenſi patricio: ⁊ comitis
Hieronymi Riarij Sororio ibidem p̄ſidenti ornatiſſima reddita ē: Hanc q̄ppe antiquiſſimā fuiſſe con
ſtat: cum ipſam Liuius libro vigeſimo Coloniam a Romanis deductam fuiſſe ſcribat: ad quam cū Han
nibal poſt tranſimeni laci pugnā perueniſſet: ab ipſius vrbis ciuibus turpiter repulſus fuit: Habuit ipſa
ciuitas plures clariſſimos in omni v̄tute ⁊ dignitate viros. ornatur quoq̄ multis ſanctorum martyrum
ac confeſſorum reliquijs.

¶ Crema oppidum.



¶ Crema aūt oppidū nobiliſſimū atq̄ oīum
Italie frequētatiſſimū ⁊ p̄mariū diu aū ꝯdi
tū tēpeſtate hac a Federico iſto ceſare poſt
1165 afflictā diu ac laceratā dirutāq̄ Cremonā i
eiuſ dānū obprobriūq̄ erexit: ⁊ muris arce
q̄ ꝑpe inexpugnabili: necnō ⁊ foſſis muni
uit: atq̄ edibus plurimū āplificauit: ⁊ culti
us ip̄m reddidit: q̄ḋ ꝑꝑ agri bonitatē multi
ex cōuicinis ciuitatibus ac caſtellis ad ip̄m
cōfinētes celeberrimū reddiderunt: vnde ⁊
noſtro ſeculo poſtꝙ id caſtrū: imo potiuſ ci
uitas i māus Venetoꝝ deuēit tāto fulgore:
⁊ dignitate virorū illuſtriū: ⁊ edificioꝝ tam
publicoꝝ ꝙ p̄uatorū claruit: vt i tota Ita
lia nemo illi par aut diuitijs aut vrbanitate:
aut populorū frequentia inueniatur.
¶ Almericus. 6. ex n̄ris hieroſolymorū Rex
hoc anno Balduino fratri in regnū ſuccedēs regnauit annis duodecim: Uir per omnia ſtrēnuus et mul
to memoratu dignus: Qui primo regni ſui anno Broguntem Egyptiorum ducem in prelio: edita priuſ in
genti cede diuinitus ſuperauit: ⁊ Alexandriam eius regni ſedem obſedit: Quam quidem Tiracunus ſol
1166 dani turcorum regis prefectus ipſi Soldano domino ſuo per fraudem ſ ubtraxerat. Alexandrini autem
cum nullo pacto chriſtianis ſubijci vellent: Almerico tādē ſe hac cōditione cōmiſere: vt pulſo Tyrāno in
Soldani poteſtatē per ſuas māus reducerent̄: Almericus itaq̄ hic ingenti pecunia ꝓmiſſa vrbē Solda
no reſtituit. Sed cum pecuniam pactam non in integrum Soldanus p̄ſtaret in eū ducēs carras nūc Cay
rum vrbem potētiſſimā venit ⁊ ipſam diu obſedit: Qui ꝙuis ſpe potiunde vrbis non careret: accepta ite
rum ingenti pecunia obſidionem ſoluit: mouens deinde in Aſcalonem eam pauloposť re infecta reliquit
eo ꝙ cōmeatibus indigeret: Domum vero regreſſus non diu ſuperuixit.
¶ Gulielmus eius nominis ſecundus magni Gulielmi regis filius tertius Sicilie ⁊ Apulie rex hoc anno
poſt patrem regnum accipiens regnauit annis vigintiquinq̄: Uir quidem pacis ⁊ quietis amator: qui
cum regnum ſuſcepiſſet: audito Alexandri pontificis diſcrimine magnam ſtatim pecuniarum vim: ⁊ tri
1168 remes duas paratiſſimas eidem miſit: quas ingreſſus pontifex ſalutem ſibi fuga per Tyberim queſiuit:
Indeq̄ maxima claſſe comparata contra Turcos Latinis in Aſiam infenſos traijciens omnia per
turbauit: ⁊ Theſſalonicam Macedonie ciuitatem eis ſubſtulit: Ac multas Grecie ⁊ Thracie vrbes va
rijs quidem calamitatibus affectas partim cepit: partimq̄ diripuit: nuſquam Andronico imperatore

coꝝ occurrēte: Ipſo autē Andronico deinde ſublato: ⁊ pace cū Iſaac eius ſucceſſore firmata mox cū qua-
dragintatribus triremibus cū Conrado Montiſferati marchione in Syriam traiecit: Quibus preſidijs
adiutus Almericus rex turcos maxima illata clade ſupauit ⁊ profligauit: Inde Tyrū mouēs Saladinuz
Egypti regē vrbē turpiter obſidentē repulit: ac ita mari pacato proficiſcētibus in aſiā chriſtianis omnifari
am annonā miſtrauit: ac poſt paucos dies vir xpianiſſimus panormi ſine filijs maſculis defecit: relicta tā
tummodo Conſtantia filia monacha de qua mox dicemus.

Sebaſtianus Zianus ſecūdus ⁊ quadrageſimus venetoꝝ dux hoc anno Vitali Michaeli duci ſuffectus
ducauit annis. 7. Vir certe ſapia: probitate: religiōe ac fortitudine inſignitus: q magiſtratu ſuſcepto ſtatī 1171
pdeceſſoris ſui homicidas aiaduerſus ē: Inde cū Federico Ceſare ob ſummi pōtificis Romani tutelaz
⁊ defenſionē durū ſatis ſuſcepit bellū: ⁊ cū ingenti gloria cōfecit: quia vniuerſam Federici claſſem pfliga-
uit: ⁊ Othonē eius filiū in plio cepit: ⁊ Venetias ad pōtificē captiuū perduxit: Quoꝝ interuētu ⁊ pruden
tia pax poſtea: vt premiſſum ē inter impatorē ⁊ pōtificē cōfecta fuit. Et pōtifex ipſe Romaz redijt: ob cuius
beneficiū pōtifex ipſe ipſi Sebaſtiano duci ⁊ eius ſucceſſoribus ac ſenatui ſuo veneto hec ipſa donaria: ſeu
puilegia cōceſſit. Et pmo qdem funale cādidū quod ſolis pōtificibus Ro. portādū cōſuetudo concedit ei
dem largitus ē. Itē q plūbo coꝝ epiſtolas ſigillare deinceps poſſent: qd tātuz ſummis pōtificibus licitum
erat. Tertio eidē pncipi Vmbellaz cōceſſit: que ē ornamētū galero pſimile: Quarto venetoꝝ principi ter-
tiam ſedē in theatro Ro. fieri fecit: cū prius due tantū in pape theatro ſedes eēnt: quarū dexterā ponti. ſū
mus: ſiniſtrā vero Ceſar teneret. Demū in aſceſione dñi noſtri Ieſu xpi venetis in tēplo btiſſimi Marci
euāgeliſte indulgētiā plenariā ppetuo duraturā cōceſſit: q vſqz in pñs cū magna ſolēnitate ⁊ populorū cō-
curſu pdurat. Quinto ipſi duci octo vexilla ſericea diuerſoꝝ colorum obtulit. Sexto deniqz cereū albū eidē
ɔdonauit: q oia Venetijs i palacio ſancti Marci ppulchre depicta hñtur. Deniqz Sebaſtianus hic. 6. an
nis magiſtratu completis in langorē decidit: ⁊ tandē deuotione cōmotus in monaſterio diui Georgij ma-
ioris ſe deferri precepit: vbi ⁊ poſt aliquot menſes relictis ibidem plurimis diuitijs ⁊ fundis e vita feliciter
migrauit: vbi ⁊ ſepulchro marmoreo quod ſibi viuēs in clauſtro conſtruxerat ſepultus iacet.

Saladinus Egypti rex hoc anno Norandino ſarracenoꝝ rege defuncto eius loco tanq̄ vir fortiſſimus
⁊ ſtrēnuus ab oībus ſurrogatus regnauit ānis. 16. Hic magiſtratu atqz regno ſuſcepto ſtatim ɔtra egyptio 1172
rum regem in bello pceſſit: Quo tādē capto ⁊ occiſo vniuerſaz Egyptū ⁊ Syriā oēm cōqſiuit ⁊ ſuo impe
rio adiecit. Deinde in xpianos mouēs: pmo ⁊ ſecūdo plio a Balduino rege leproſo ſupatur aut fugatur:
Verū compatis denuo copijs ɔ Emanuelē grecoꝝ regē mouet: quē ⁊ ſimulata fuga aliquādo in anguſtas
cōualles ptrahēs tādē ſupat ⁊ capit: Cuius victoria elatus factus cōtra xpianos de hieroſolymitāo regno
cōtendētes cū maximo exercitu proceſſit: quā tandē poſt maximā xpianoꝝ ſtragē cū vniuerſo eius regno
cepit: ⁊ de ea triūphauit: Iħam nāqz ciuitatē ſanctā xpiani reges poſt Gotifredū regē p ānos octo ⁊ octo
ginta cū magna gloria poſſederāt: Hic qppe Saladinus clariſſimus fuit: cui nil alid ad ſummā defuit lau-
dem niſi chriſtiāi nois caracter: Qui moriens tādem mandauit in ſui funeris tropheum tale ante corpus
ſuū deferri ſpectaculum videlicet pānū nigrum in lancea ſuſpenſum: cui precederet preco clamans. Sala-
dinus Aſie totius domitor ex tanto regno tantiſqz opibus moriens nil aliud ſecum defert.

Soles tres hoc āno nonis ſeptēbris in occidēte ſimul viſi ſunt. Et poſt duas horas ceteris deficiētibus q
medius fuerat ſolus occidit. Similiqz modo, pximis ānis tres lūe apparuere. Terremotus etiā circa hoc
tēpus pluribus annis nōnullas quaſſauere puincias: ⁊ q̄maxime Syriam atqz Ciliciam in qbus multe 1173
vrbes diu nutarunt: quedamqz cum magna populorum ſtrage corruerunt.

Balduinus eius nois. 4. Almerici ſupioris regis filius ſeptimus ex noſtris hieroſolymoꝝ rex poſtprez
regnauit in Hieruſalē ānis. 6. Hic integer in oibus fuit: q lz vehemēti laboraret lepre morbo: regnū tñ con
ſtātiſſime ac prudētiſſime gubernauit: Et inter cetera ſua facinora Saladinū pdictū regē virū fortiſſimū
duobus deuicit prelijs: vno. ſ. apud Aſcalonē: altero apud Tyberiadē: ⁊ quoad vixit eū intra limites ſuos
cōtinuit: Hic vxorē nullam pter lepram ducere potuit: Sed cū duas ſorores haberet: pmā natu maiorez 1178
nomine Sibyllam totius regni heredē conſtituit: ⁊ Gulielmo cognomēto Lōgaſpata Mōtiſferati Mar
chionis filio vxorem dedit: ex quo vnū tantum genuit filium noie ſiſe Balduinū. Ipſe autem Gulielmus
gener iuſſu ſoceri ſui multa atqz preclara cōtra ſarracenos geſſit facinora: Sed ſuſcepta vxore paulopoſt
aeris intemperie e vita migrauit: relicto filio Balduino paruulo ſuperſtite.

Philippus Francoꝝ rex Ludouici ſupioris regis filius: hoc āno poſt patrē Francis regnare cepit: ⁊ re
gnauit annis. 44. De iſto multa atqz pclara Vincētius gallus lib. 29. diſſeruit. Hic itaqz regno ſuſcepto
cum audiſſet Hieroſolymā a Saladino fuiſſe captam: Clemente pōtifice Romano admonēte cū multis
chriſtianorū pncipibus Syriam adnauigauit. Cūqz Ptolomaidē vna cū Ricardo Angloꝝ rege ſe rece-
piſſet: ac inde hieroſolymā repetituri eēnt: ambo de hieroſolymorū regno cōtendere ceperūt. Demū Phi 1179
lippus hic indignatiōe cōmotus ſimulata infirmitate in Europam (dimiſſo Ricardo) regreſſus eſt: vbi in
regnum ſuum introgreſſus reliquū vite ſue tēpus in pace ⁊ ſanctimonia conſumpſit. Ferūt hiſtorie hūc
Philippū religioſoꝝ oratōibus miraculoſe fuiſſe natū: qa cū Ludouicus pater iam ſexagenarius liberis
careret vniuerſis populis: ⁊ q̄maxie religioſis regni ſui precepit: vt dñm iſtāter depcarenť: qtinus ſibi fi
lium ⁊ regni ſucceſſorem cōcedere dignaretur: quo facto ſequenti anno hunc Philippū genuit filium.

¶ Henricus aũt Anglorꝫ rex Vir vtiqꝫ ſtrẽnuus hoc ipſo ãno teſte Vincentio gallo diẽ obijt: Cui cũ ali
quãdo beati Thome archiepĩ cãtuarieñſis mors imputaret̃: mox oratores ad Alexãdrũ põtificẽ Romã
ad ſe purgãdum miſit: Quibus cũ põtifex nõ facile crederet duos cardiales ad rẽ diligẽtius inueſtigãdaꝫ
ĩ Angliã miſit: q̃bus rex dimiſſo hibernico bello quo erat ĩtentus honoriſ grã apud Normãdiam occur
rit. Reqꝫ diſcuſſa ad hoc vẽtũ eſt: vt Henricus cũ nõ ſatis cõſtaret de facto: iuramẽto ſe purgaret: ꝓmi
ſit tamẽ aliquã penitẽtiam agere de ipſius ſancti viri nece. Cuius ꝫſi inſons atqꝫ neſcius fuiſſet: occaſio
nem tamẽ aliquã preſtitiſſe viſus fuit: q̃a illum viuẽtẽ nõ honorauit. Additũ ẽ preterea ei: vt ducẽtos mi
lites hieroſolymã mitteret: q ſuis auſpicijs ſuaqꝫ impẽſa per ãnũ ꝯtra ſarracenos ibidẽ dimicarent: vtqꝫ
ipſe triẽnio cũ quãto poſſet exercitu cõtra barbaros bellũ gereret: libertatemqꝫ eccleſiaſticã in ſuo regno
tueret̃ appellatiõibus ad curiã Ro. factis nõ aduerſaret̃: q̃bus iureiurãdo firmat ̃ anglici regni titulum ĩ
ſe ſuoſqꝫ heredes trãſferri meruit. Hic factum eſt vt anglici reges a Ro. põtifice regni iura recognoſcãt.
¶ Laurus maripetrus. 43. venetorum dux Sebaſtiano duce hoc anno oium honoruꝫ ſuffragijs ſuffectus
1180 ducauit annis. 14. Vir q̃dẽ optimus magniqꝫ cõſilij: ac tãto magr̃atu digniſſimus: q Henricum Bãdu
lum virũ ſtrẽnuum ꝓpter violatum a grecis inſgentium ad Emanuelẽ corꝫ iperatorẽ legatũ miſit: quẽ ſcele
ſtus iperator grecorꝫ vſus maleficio captũ tandiu candẽtia enea iſpicere coegit quoad oculorꝫ acieꝫ ami
teret. Eapropter iſenſi ꝫ turbati veneti cũ gallorum copijs iuncti iperium ꝫ Cõſtantiõpoli vrbẽ grecis ſu
ſtulerunt: q̃bus oĩbus bene a ſe geſtis: cũ Laurus hic ſoli deo deſeruire cupet magr̃atũ a ſe abdicauit: ꝫ ĩ
monaſterio ſancte crucis ĩtrauit: ꝫ religiõis hituꝫ ſuſcepit: atqꝫ ibideꝫ in oĩ ſcitat̃ ope vſqꝫ ad mortem per
ſeuerauit: vbi ꝫ tandem plenus bonis operibus in pace quieuit.
1181 ¶ Alexius Emanuelis grecorꝫ imperatoris filius hoc anno patre defuncto in iperiuꝫ: lꝫ adoleſcẽtulus ſuc
cedens iperauit annis. 4. Huic autẽ pater ꝓpter adoleſcentiã Andronicum quendam grecuꝫ regia ſtirpe
progenitum tutorem dedit: q per aliquot annos imperiũ ſapienter ꝫ cum ſumma laude admĩſtrauit: Cu
ius ẽt intuitu Philippus predictus Francorum rex Agnetem filiam adoleſcenti vxorem dedit: Verum
vt hũana aſſolet cupiditas poſt aliq̃d tp̃s Andronicus cum videret latinos propter affinitatem puero fa
uere zelo commotus latinos pepulit: ꝫ puerum in vndis necauit: ac conſtantinopolitanum imperium ſibi
vſurpauit: ac p̃marioſ q in vrbe erant ciues omneſ interfecit.
Pap. 180. Lucius eius nois tertius papa natiõe Lucanus poſt Alexãdrum põtificẽ ſedit ãnis quattuor ꝫ mẽ 6381
ſibus duobus. Hic auteꝫ optimus vir pontificatu ſuſcepto: cum conſuluꝫ nomen e Romana repu
1182 blica abolere anniteretur ab vrbe eiectus eſt: atqꝫ eius fautoribus Romani in ſeditioneꝫ verſi ocu
los effudere. Unde pontifex Veronã veniẽs ibidem propter acceptã tam inſignem a Romãis cõ
tumeliam habito cõſilio ꝫ ipſorum licentiã improbauit: ꝫ p̃ncipes chriſtianos adhortatus eſt vt noſtris in
aſia pro fide Chriſti laborãtibus ſuccurrerẽt: Dũ autem pro hac re nũcij vltro citroqꝫ mitterẽtur: ibidem
põtifex emoritur: ꝫ magna adhibita pompa ante altare cathedralis eccleſie ſepelitur: Hic Lucenſibus ſu
is a Federico imperatore ſignandi pecuniam licentiam impetrauit: prout ſatis in Lucana ciuitate a nobiſ
vt ſuperius expreſſum eſt.
¶ Terremotus atqꝫ portẽta multa hoc ãno vbiqꝫ ferme fuere ita vt Antiochia: ꝫ Tripolis atqꝫ Damaſcuſ
magna ex parte corruerint. Cathina etiam Sicilie ciuitas prorſus euerſa ſit in qua circiter viginti homi
1183 num milia ſint oppreſſa: In ea quoqꝫ Sicilie inſula contra aquarum naturam pelagus retroceſſit: ꝫ homi
num ferme q̃nqꝫ milia abſorbuit: In Italia inſuper grandines ouis anſerum groſſiores cecidere

¶ Hieroſolymitane vrbis vltima captiuitas.

tauerat: ſepultus eſt.
¶ Marinus Faleranus huius nois tertiuſ quinquageſimuſſeptimus venetorum dux Andree Dandulo
duci hoc āno ſuffectus ducauit mēſes. 7. ⁊ dies. 6. Vir qdē ambitioſus ⁊ malignus: q dū ſibi vniuerſā rē
1354 publicā vſurpare licētia queſiuiſſet: a ſenatu dep̄henſus ⁊ captus atq; cōuinctus apud palacij ſcalam vni
uerſo ſpectāte populo ſecuri percutiť: ⁊ dignū malo℞ ſuorū exitū obtinuit: Atq; cū eo nōnulli plebei com
plices: vz Philippus Saplicida calderarius: ⁊ Bertucifredus: ac quidam alij quos oēs in patibulo appē
dere fecerunt. Huius autem corpus apud predicatores ſepultum fuit.
¶ Joānes autē Gradenico admodū ſenex poſt mortē Marini bonorū oium ſuffragijs. 58. venetorū dux
ſuffectus ducauit āno vno ⁊ mēſi. 3. Vir certe ſapiētiſſimus: ⁊ diuinarū humanarūq; lr̄arū ac iuris app̄me
1355 eruditus: atq; tanto magiſtratu digniſſimus: q pulſis ⁊ ſopitis ſeditionibus rempub. optie pro tēpore gu
bernauit: Verū cū multi ſeditioſi ad Ludouicū Vngarie regē ex vrbe veneta cōfugiſſent illū impulerūt:
q̄ cū quadraginta armatorum milibus ꝓ obtinēdo Taruiſio cōtra Senatū duceret q in agro Taruiſano
cū ipſis ſeditioſis veniēs vrbē ⁊ agrū incēdijs ⁊ direptiōibus plurimū lacerauit: Quāobrē reſpu. Veneta
intus extra admodū cōquaſſata fuit. Hos aūt cū Innocētius pōtifex ad pacē diu reduceř tētaſſet: fruſtra
laborauit. Deniq; ⁊ hic cū maximo reipublice detrimento deficiens apud fratres minores ſepelitur.
¶ Bernabos ⁊ Galeacius vicecomites Stephani filij: hoc anno Joāne archiep̄o patruo defuncto in me
diolanēſi regno ābo ſucceſſerūt: Qui p̄ncipatu ſuſcepto ſtati cū Venetis: alijſq; ſocijs ciuitatibus fedus
1356 ꝑcuſſerūt. Sed paulopoſt cū ſola genua maritima ab eis defeciſſet: ⁊ ſtatī e Bononia legati ſuggeſtiōe ſub
ſecuta ē: quā cū Bernabos recuperādi cā bello p̄mere cepiſſet: ⁊ ip̄am duriſſima obſidione vrgeret: lega
tus apoſtolicus qui erat ciſtercienſis ordis abbas confeſtim in ſocietatē belli: accitis Philippino Gonça
ga ⁊ Cane Scaligero: alijſq; plurimis ditiōis ſue vicarijs ad diuertēdū bellū in Brixianos duxit. Sed
Bernabos brixiano℞ periculo permotus relicta bononia ⁊ Regio in hoſtē proficiſciť: ⁊ apd̄ Monteme
larū agri ipſius brixiani oppidū inimicū adoritur: a qbus ſtatī fuſus ⁊ fugatus cū paucis brixiā ſe cōtulit:
⁊ ab inimico pſecutus ibidē vix menibus ab eo ſe tutari potuit. His ſtātibus rebus mox Galeacius eius
germanus mortem obijt: ⁊ filiū vnicū ex Blanca Sabaudiani principis filia ſuſceptū noie Joānē Galea
cium poſt ſe heredem reliqt. Rebuſq; eccleſie ſopitis: ⁊ Bononia omiſſa cum creuiſſet Joannes Galea
cius cum patruo Bernabone regnū diuiſit: in qua qdem ꝑtitiōe p̄mo Bernaboui Placētia: Parma Cre

mona:laudū:crema:brixia:bergomuʒ:⁊ comū cū dimidio mediolano obuenit. Joāni galeatio marie ꝟo pa
pia:derdona:bobiū:alexandria:nouaria:vercelle:ceteraqʒ ciuitates ad alpes verſe cū reliqua mediolani
medietate obuenere. Bernabos aūt tāꝙ etate maior mediolani regni ſui ſedem poſuit. Galeatius vero pa
pie cōmorari ſtatuit. Atqʒ eo modo ambo regnauerūt ānis.26.in quibus maxime ſimultates ⁊ odia: vt fit:
inter eos exarſere. Tandē cum galeatius ad firmādā pacē perpetuā cū patruo catherinā eius cōſobrinam
Bernabouis filiā duxiſſet vxorē:⁊ ab ea didiciſſet multas ei mortis inſidias a ſocero bernaboue fuiſſe intē
tas:ipſe ad p̄cauenda mala āno dn̄i.1382.patruū bernabouē dolo cōprehendit:⁊ in triciana arce munitiſſi
ma ꝑpetuo carceri mācipauit: vbi paulopoſt aī dolore egritudie cōtracta vitā cū morte cōmutauit. Relictis
poſt ſe multis filijs ex carrarienſi vxore ſuſceptis: quoꝝ primus Carolus fuit: qui ſublato patre ad armi-
niacū principē ſe cōtulit: vbi ⁊ ioānē noie piceinū genuit. Joannes itaqʒ galeatius bernaboue capto: oē re-
gnum mediolanēſe ſibi ipſi ſubiecit:⁊ vniuerſos bernabouis filios e regno depulit.
¶ Joannes delphinus quinquageſimus nonus venetoꝝ dux Joanni gradenico duci ſuffectus ducauit an 1356
nis.5.⁊ men.3. Hic vir prudentiſſimus habitus cū apud taruiſiū contra vngaros cāpi prouiſor exiſteret ex
ſenatuſconſulto dux creatus ſub ducali bireto ⁊ vexillo venetias ſtatim cōceſſit: qui mox ab vngaro paceʒ
expoſtulans eam ab ipſo perhumaniſſime impetrauit: quo timore liberatus mox contra genuenſes cum ī
imperatore cōſtātinopolitano fedus inijt ⁊ ingenti claſſe comparata e veſtigio genuenſes inter conſtātino
poliʒ ⁊ calchidieʒ adoriunt̄ genuenſibus iniquo aduerſante vento: cum q̄bus a veſpera vnius diei uſqʒ ad
alterā diē hiemalis t̄pis pugnauerūt. Hos tn̄ genuenſes cum turpiſſima fuga:⁊ ingēti cede ſuꝑauere. Dux
aūt tantā a genuenſibus cladeʒ illataʒ iniquo aīo ferens reintegrare claſſē cū cathelanis diſpoſuit: ac ſic ad
recuperādā vexationē ſequenti anno nō longe a corſica inſula p̄ Nicolaum piſanū genuenſiū claſſem inter
cepit:⁊ coꝝ triremes quadraginta viris honuſtas demerſit:⁊ maximuʒ genuenſibus malū intulit. Tādeʒ
⁊ hic ioānes ſtrēnuus princeps poſtꝙ hec ⁊ alia preclara facinora tū contra vngaros: tūqʒ contra genuen
ſes ſtrennue geſſiſſet vita functus apud predicatores ī maiori capella ſepellitur.
¶ Belge gentes ferociſſime germanie fines his diebus ingreſſi nō lōge a flumine rheno cētū milia bragmā
çanoꝝ populoꝝ ſuperant:⁊ treuerēſem ⁊ aquiſgranū:⁊ alias precipuas eoꝝ ciuitates capiūt.
¶ Terremotus maximi adeo in hiſpania hoc anno fuerunt:⁊ preſertim ſibilie ⁊ cordube vt maxima caꝝ vr 1356
bium edificia corruerint:⁊ ingentē hominū multitudinem oppreſſerint.
¶ Egidius hiſpalenſis epiſcopus ⁊ ſabinus cardinalis ex clariſſima et nobiliſſima hiſpaniaꝝ gente carila 1357
natus his temporibus ob res ſtrennue geſtas apud Innocentiū: alioſqʒ ſummos pontifices maximo in p̄
cio habitus eſt: cuius virtute etiā cōfiſus Innocentius ēt pontifex ex auinione legatū in italiā contra mul
tos tyrannos ⁊ eccleſie rebelles comprimendos ex fratrum cardinalium conſenſu cum omni apparatu mi-
ſit. Qui Romaʒ veniens ⁊ coronato carolo eius auxilio breui omnia oppida ⁊ vrbes qui inſtigante Baua-
ro in flaminia in marchia ac patrimonio tyranni occupauerant recepit. Attamen eos vicarios in oppidis
confirmauit: quos viderat eccleſie romane fore obſequētes. Pacata hoc modo flaminia ⁊ pulſis ordelaphis
Egidius forliuio delectatus ibidē eccleſie erarium:⁊ ſue legationis ſedem conſtituit: vbi ⁊ conſtitutiones
quaſdam compoſuit: quibus adhuc ipſa vtitur prouincia. Cumqʒ omnem pacaſſet italiam: cunctoſqʒ pro-
uinciarum populos ad officium pontificis redegiſſet: necnon ⁊ multas arces edificaſſet in galliam: ſucceſ-
ſore habito reuerſus eſt. Innocentio deinde mortuo Urbanus pontifex eius ſucceſſor: iterato ad tuendaʒ
eccleſiaſticam libertatem ipſum Egidium cum ſumma poteſtate in italiam miſit. Qui pontifici optempe-
rans cum in italiam veniſſet canē ſcaligerum philippinum Gonçagam: Nicolaum eſtenſem ⁊ franciſcum
carrarium ſtatim ad eccleſie federa contra bernabouem ⁊ reliquos vicecomites traxit. Qui omnes coniū-
cti aduerſus Bernabouem regium lepidi de mantuano ⁊ mutinam de ferrarienſe ac bononiā agitanteʒ bel
lum gererent. Acciditqʒ tunc bernabouem ſuperari multoſqʒ ſuorum capi inter quos fuere ludouicus vice
comes bernabouis ipſius ex pellice filius: Andreas pepulus bononia pulſus: Simibaldus ordelaphus:
Paulus mirandulanus: Guido folianeus: Azo corrigienſis: Guilielmus caualcabos cremonēſis in manu
ſaucius vix aufugere potuit: ac ſic legatus ipſe totum vicecomitum ſtatuʒ in confuſo poſuit adeo vt de ipſo
actum eſſe videretur. permoti autem vicecomitum calamitate francie ⁊ cypri reges legatos ad egidium ce 1359
ſene tunc manentem miſerunt oratū vt paceʒ vicecomitibus concederet. Quoꝝ p̄cibus permotus lega-
tus vocatis ad ſe belli ſocijs ipſis conſentientibus pacē vicecomitibus reddidit. Cuius rei cauſa multi qui
ab eccleſia diſceſſerant ſtatim egidio deditionem fecere. Deniqʒ cum vrbanus pontifex ex auinione romā
veniſſet Egidius rationem admiſtrate rei pub. ei reddidit:⁊ mox legatione ceſſit. Qui cum pontificem ex
corneto in lateranum aſſociaſſet. Inde egidius viterbium quieturus redijt: vbi tertio menſe poſt diem ob
ijt:⁊ aſiſiū eius venerabile corpus delatum in diui franciſci baſilica honorifice ſepultum fuit in tumulo a ſe
dum viueret condito.
¶ Nicolaus eſtenſis eius nominis ſecundus magnifici domini obiçonis viri potentitiſſimi filius hoc āno
vt aiunt: patri vna cum Alberto fratre in regno ferrarie ⁊ mutine ſuccedens regnauit cum ipſo annos fere
35. vir certe eloquentiſſimus:⁊ multa clementia ac liberalitate inſignitus. Qui licet de hoſtibus multos cele
brauerit triumphos tanta tamen claruit equitate ⁊ modeſtia atqʒ conſtantia: vt nunꝙ vel proſperis ſucceſ
ſibus inſoleſceret: vel aduerſis frangeretur: de quo certe iuxta ſui nominis interpretationem dicere poſ-
Q

ſumus: quia Nicolaus victor laudabilis interpetratur: quod ipſe bene oſtendit: quia omnibus i rebus ſẽp victor extitit: ꝛ non modo contra extraneos hoſtes: verum etiam contra ipſa ſua peccata: vt vicia conſli- xit: ꝛ de eis triumphauit: ac etiam potiſſimum pro tuenda eccleſiaſtica libertate ꝛ facultate plurimum labo rauit ꝛ depugnauit: ꝛ quammaxime contra Bernabouem vicecomitem plurima geſſit bella: de quibus ſẽ per victoriam obtinuit. Et primo (vt dictum eſt) illum apud montemmelarum agri brixienſis oppiduꝫ tur- piter fudit ꝛ profugauit: aliaqꝫ vice victum ꝛ ſaucium aufugere coegit multis e ſuis captis. Eã ob rẽ mul- tis cumulatis diuitijs fauentiam vrbem ab Haucuth imperatore gallo viginti milibus nũmum auri emit Inde vt ipſam ciuitatem facilius ſub poteſtate continere poſſet: ab eodem etiam bagnacauallum noui no- minis caſtellum emit: quam tamen haud multo poſt Auſtorgio Manphredo eam proditione adipiſcente amiſit. Hic ipſe multa beneficia ciuitati ferrarie contulit: ꝛ multis edificijs clariorem reddidit: qui cuꝫ nul lum ſuperſtitem filium ſuũ poſt reliquiſſet: Nicholaum Alberti fratris filium ſucceſſorẽ habuit.

¶ Paganus genuenſis ex primaria ac preclariſſima vrbis familia auria natus vir rebus bello geſtis clariſſi
1360 mus ꝛ cum omni antiqnitate comparandus: quem certe genueſſes alteũ Themiſtoclem grecũ in patria ſua merito appellare poſſunt hoc anno a genuenſibus claſſis imperator deligitur: qui audiens imperato- rem grecum: regemqꝫ aragonum: ac venetos contra genuenſes conſpiraſſe: ꝛ contra eos claſſem perma- ximam comparaſſe: ꝛ in eam quantas potuerant copias congregaſſe: ꝛ cum eis aduerſus genuenſes ſur- rexiſſe. Ipſe vt erat animo intrepidus magnam virtutis ſue dedit experientiam. Nam cum ſexaginta tan tum triremibus tantam claſſem inter Conſtantinopolim et calchidinem: ſeu calcedonem aduerſante ſibi etiam vento intrepidus cum ingenti et preſtanti animo expectauit: ꝛ omnes eorum impetus ſuſtinuit: ꝛ li cet hoſtes potentiores: ꝛ multo plures licet ventum contrarium: licetqꝫ mare infeſtum haberet: cõtra eos tamen magnanimis hic ꝛ ſemper memorandus imperator a veſpera diei vſqꝫ mane hyemali etiam tempo re pugnam ſuſtinuit: ꝛ de eis tandem victoriam cum iugenti cede obtinuit. In qua greci fugientes veneti et cathelani maximam cedem ꝛ confuſionem ſuſtinuerunt prefecto cathelanorum occiſo. Sequenti auteꝫ anno cum veneti ꝛ cathelani inſcio Pagano apud corſicam inſulam genuenſes aggreſſi fuiſſent: ꝛ quatra- ginta eorum triremes hominum plenas cepiſſent ac dimerſiſſent Paganus hoc audiens tantamqꝫ ſuorũ cladem non ſufferens ab integro maximam etiam ſibi comparauit claſſem: ꝛ in greciam ſtatim traijciens apud Sapientiam peloponeſſi promontorium Venetos aggrediens eos mira felicitate ſuperauit: ac pro fligauit: atqꝫ Nicholaum piſanum eorum claſſis prefectum cum quinque milibus captum Genuam cum multis triremibus ꝛ diuitijs innumerabilibus ſub triumpho perduxit. Ac ſic non ſolum patrie: ſed et gre- cie totius ſalus hic victorioſſimus imperator quoad vixit extitit: ꝛ non modo que diximus: ſed et alia inu merabilia facinora ſtrennue geſſit: que in annalibus genuenſium optime ꝛ diffuſe habentur: Pro quibus immortalem: ꝛ ethernam conſecutus eſt gloriam. Nam velut alter Themiſtocles iſte de inſtantibus qui- buſcunqꝫ veriſſime iudicabat: ꝛ de futuris callidiſſime conijciebat.

¶ Laurentius celſius ſexageſimus venetorum dux ioanni predicto duci hoc anno ſuffectus ducauit annis 4. vir etiam naualis belli inſignis qui et ipſe multa in claſſico bello ſtrennue geſſit: qui quum claſſis prefe-
1361 ctus eſſet: ꝛ non longe ab vrbe conſiſteret abſens omniuꝫ conſenſu dux electus fuit: qui ſua ſapientia licet multa incommoda a genuenſibus pertuliſſet: non minora ꝛ ipſe iiſdem intulit damna. Moriens denique cum multo rei publice incommodo apud ſanctam mariam celeſtinorum ſepellitur. Ac ſic nunc tertiodeci- mo huic libro finem imponemus: quum ea que ſequuntur propter nouas religiones: ꝛ maximas ſciſma- tum perturbationes longam exigant orationem.

FINIS

¶ Fratris Jacobi philippi Bergomenſis ordinis fratrum eremitarum diui Auguſtini in omnimoda hi- ſtoria nouiſſime congeſta: chronicarum ſupplementum appellata: Liber quartuſdecimus feliciter incipit

VRbanus eius noīs quītus papa patria lemocinenſis monachus ſancti bn̄dicti Gulielmus antea vocatus ſanctiqȝ victoris apud maſſiliā abbas: tūc apud vicecomites ī italiā legatus degēs Innocētio hoc anno ſuffectus ſedit ānis .8. ⁊ men. 5. Decretoꝝ doctor ⁊ ſingularis virtutis: ac vite ſanctiſſime vir: Qui pōtificatu ſuſcepto ad tuēdā libertatē eccleſiaſticā ⁊ ipſe aiuȝ adiecit. ⁊ Egidiū hiſpanū (ſicut dictum eſt) iterato cum maxima auctoritate in italiā legatū miſit. Qui bernabouē vicecomitē deuicit: ⁊ oīa ī pace redegit Pap.209 1363

6562 quibus geſtis ipſe pōtifex q̄nto ſui pontificatus anno Romā venit: vbi ⁊ multas edes tum ibi: tūqȝ viterbij: ⁊ in mōte flaſcone cōſtruxit: ibidem etiā apoſtoloꝝ capita diu queſita tādeȝ apud ſcāſcōꝝ inuenit: ⁊ locellis argēteis condens in lateranenſi baſilica apud ipſius maius altare cū magna veneratione p̄ñte populo collocauit. Deſierāt eiȝ in honore eſſe ꝓpter hominū ignorātiā. Crucem ēt ꝯ turcos predicari iuſſit. Ad hunc eiȝ beata Brigida ſuetia principiſſa a xp̄o premonita Romā venit: cui regulā ab ea ceptā confirmauit. Inſup ⁊ Ioanneȝ haucuth e roma receſſurus anglicis copijs tādē prefecit: quas ſcilicet Egidius in italia conſeruauerat: ⁊ eū bononie ſub legato romādiole reliquit. ⁊ his geſtis eū in gallijs reuerſus fuiſſet apud maſſiliā defecit.

¶ Piſani qui ſuperiori āno cōtra florentinos bellū ſumpſerūt hoc anno a florentinis Galeoto malateſta duce adeo teribili conflictu fuſi ac profligati ſunt vt ad ſpectaculū florētini populi mille piſanoꝝ florētiam in curribus importati ſint: ⁊ per vniuerſam vrbem ignominioſe vecti ſint. Quā ob rem piſani in gambacurtos eoꝝ ciues prepotentes oīe crimē retruſerūt: ꝙ pecunias reipub. ſubtractas militibus non perſoluiſſent. Et iccirco Ioannē angelum exuleȝ bernabouis amicum reuocarunt: qui veniens gambacurtos ciuitate expulit: ⁊ ciuitatē omnē breui in ſuā poteſtatē redegit. Pontiffex tamen poſtea inter piſanos ⁊ florentinos compoſuit. 1364

¶ Marcus cornelius ſexageſimus primus venetoꝝ dux poſt Laurētiū ducē factus ducauit ānis .3. vir certe eruditus: ⁊ oiuȝ ſue etatis eloquētiſſimus. Eā ob reȝ a ſenatu perſepe legatus ⁊ orator emittebat̄: ⁊ dum aliquādo apud Carolū ceſarem legatione fungeret̄ compta hoīs eloquentia equeſtri dignitate inſigniuit: Hic itaqȝ magiſtratu inito bellū contra vngaros iamdiu ſopitum excitauit: ⁊ optime geſſit: ⁊ rem ſuā pu. per id tp̄s conſeruauit. Moriens tandem in maiori capella fratrū predicatoꝝ ſepelliri iubetur. 1365

¶ Nicholaus aciolus eques florentinus vir ſtrennuus ⁊ in rebus gerendis ſapientiſſimus hoc āno in apulie regno Ioanne regine noīe gubernator exiſtens anno etatis ſue q̄nquageſimo ſexto Neapoli moritur: quo mortuo nonnulli tumultus in ipſo regno ⁊ prouincia exoriri ceperunt. 1366

Ordinis ſancte Brigide intium.

¶ Brigida virgo chriſti deuotiſſima natione germana ſuetie prouincie princeps ⁊ dn̄a hoc āno ſpiritu diuino impulſa cū nouā religionē monaſterioꝝ dupliciū vȝ viroꝝ ⁊ mulierū excitaſſet: ⁊ inſtituiſſet ad vrbanū pontificem ꝓ huiuſmodi religionis cōfirmatione: ac deuotionis cauſa ex ꝓuincia ſeu regno ſuo cū magno religioſo ac honeſtiſſimo comitatu Romā venit: a quo benigniſſime excepta ob eius ſanctitatē atqȝ ꝓphetiā pontifex ipſe regulaȝ ſibi a deo dictatā libentiſſime cōfirmauit. Huiuſce tamē religionis primus auctor ⁊ inſtitutor diuū baſiliū ep̄m in greciaȝ fuiſſe dicunt. Quā quidem religioneȝ Brigida ſpiritu ſancto inſpirata hoc modo inſtaurare ⁊ renouare viſa eſt: vt ſcilicet viroꝝ edificia connexa haberētur. Habitatiōes tū ita ſeiuncte: vt de vna ad aliam niſi vrgēte neceſſitate tranſire poſſet. Eoꝝ tamen baſilicam cenſuit eſſe communē: ita vt fratres in inferiori parte: ſorores vero ſeorſum in ſuperiori officiū exoluerent: quoꝝ plane monaſterioꝝ principalem curā abatiſſe eſſe voluit. Fratribus tantūmodo diuina myſteria aſſignauit: quorū vnus eſſet qui cōfeſſor: aut prior appellaretur: ⁊ alijs p̄eſſe decreuit. Ea quippe monaſteria poſſeſſiōes: ⁊ prouētus habere ſtatuit ad fratrū ⁊ ſoroꝝ ſuſtentationē. Quoꝝ oīum uictus ⁊ veſtitus ad abbatiſſam ſpectare decreuit. Nec huiuſmodi fratres aut ſorores monaſteriū egredi preſumerent niſi magna ⁊ euidenti neceſſitate: ac de abbatiſſe licentia. Eiuſmōi ēt fratres ac ſorores ꝑ epiſcopos ꝯſecrari iuſſit. Hi aūt religoſi et tam femine ꝙ mares griſeis veſtimentis vti iubent̄ cum clamyde nihilominus griſea cuȝ rubea cruce d̄ ſuper: carnibus vtuntur: ⁊ nihilominus diui patris noſtri Auguſtini regulā ꝓfitētur additis Brigide ſācte conſtitutionibus. Et tā ī fratribus ꝙ in ſororibus certum aſſignauit numeꝝ. Que oīa ipſa ſciſſima virgo brigida a deo ſibi reuelata: ⁊ dictata cōfeſſa eſt. Quā ob rem ipſe vrbanus pontifex: ⁊ reliqui ſummi pōtifices plures eādeȝ regulā auctoritate apoſtolica ſpeciali priuilegio approbatā ⁊ confirmatam eſſe voluit: Hec enim prophetico dono plurimū claruit. Nōnulla de futuris predixit: ⁊ ꝙmaxime tāꝙ daniel propheta de quibuſdā regnis conſumādis: que oīa ſcripto mādauit: ⁊ apud multos in precio hētur. Apud italiaȝ autem huiuſmodi religionis pauca habent̄ monaſteria. In ſuetia quideȝ ⁊ germania magna quidē ⁊ plurima ac opulentiſſima eſſe feruntur. hi ſane religioſi ſeculariū cōfeſſiones alioꝝ more audiūt. 1367

¶ Ordo ineſuatorum.

¶ Ordo ineſuatorum hat rum vrbano iſto preſulante apud ſenā ethrurie vrbē initiū ſumpſit. Hi primo nāqȝ tūr matiȝ per domos ſeculari habitu induti religioſoꝝ more cum ingenti charitate ⁊ ſimpliciquadaȝ religioſitate in ſudore ⁊ labore manuū ſuaꝝ ī vnū viuere ⁊ deo ſeruire ceperūt. Quos quum ſummus idem

pontifex ad ſe Romā vocaſſet coꝝ quidem viuendi modum plurimū approbauit: ⁊ a ſe laudatos cū tunica alba ⁊ caputio contēptibili ſibi ꝓ bitu datis abire permiſit. et ad coꝝ ꝓtectionem confeſtiʒ nepotē ſuum viꝝ grauiſſimū ⁊ religioſiſſimuʒ in protectorem aſſignauit: Qui ⁊ ipſe mox ad honeſtādū religiōis bitum auctoritate ſibi conceſſa griſeā clamydeʒ deſuper deferendā ſine calciamentis contulit: atqʒ eos ⁊ priuilegijs et gratijs plurimis cōmuniuit: et ꝑ priuilegiū ſpeciale illos clericos apoſtolicos nūcupauit. Nunc aūt plurimū multiplicati: ⁊ ꝑ oēs ferme italie ciuitates diffuſi boni precij et optime vite habentur.

Ordo canonicoꝝ regularium.

¶ Ordo item nouus canonicoꝝ regulariū qui vulgariter ſcopetin inuncupatus etiā in ſenenſi agro loco ſācti ſaluatoris per hec tpa a venerabilibus religioſis ⁊ patribus Stephano vʒ et iacobo andrea natione ſenenſibus ordinis heremitaꝝ diui auguſtini initiū ſumpſit: et breui magno in precio euaſit. Qui quidē ordo congregatio ſancti ſaluatoris appellata fuit. Quā quidem congregationē poſtea gregorius vndecimus huius vrbani ſucceſſor approbās inſigni priuilegio inter canonicos regulares annumerauit. Ibi plane religioſiſſimi viri inter ceteros exiſtūt: qui ob memoriā reuerentiāqʒ ſue prime religionis ⁊ priſtini bitus ſēper clauſtrale ſignū vʒ habitū albuʒ cum ſcapulare albo: et haſta ſuper camiſiā lineā deferre voluere: ⁊ q̄cunqʒ ſtatuta et primas ordinationes conſuevere. Ex redditibus eniʒ viuūt: non predicant: ſed confeſſiones alioꝝ more audiunt: magni eniʒ precij maioriſqʒ opinionis in dei eccleſia nūcuſqʒ habiti ſunt. viros

1376 enim integerrimos tū ſcientia: tumqʒ vite ſanctitate protulit.

¶ Andreas contarenus ſexageſimuſſecūdus venetoꝝ dux poſt Marchum cornelių ducē hoc āno ex procuratore ſancti marci vno diuʒ conſenſu lʒ ipſo plurimū renitēte dux creatus ducauit ānis. 15. Queʒ certe veneti omnes Nūmā pompiliū Ro. merito appellare poſſunt: eo ꝙ nō fraude: non ambitione: nō inſidijs: non muneribus aut precibus ducatus munus acquiſierit: imo ipſe queſitus: rogatus: ⁊ precibus plurimis fatigatus: ac ēt coactus illū admittere vix voluit. Vñ in illo euenit qḋ de Catone legit̃ ꝙ q̄to ſolicitius honorē ⁊ dignitates fugeret tanto honoribus ⁊ fama illuſtrior fiebat. q cū ſtrepētibus vndiqʒ bellis ꝑnceps creatus fuiſſet: animū preſertiʒ cōtra tot reges: totqʒ potentatus cōtra ſenatuʒ eleuatos ſeruauit inuictum. Igitur ipſo ducante: ⁊ apud vngaros Ludouico regnāte Andronicus paleologus Ioānē callū conſtātinopolitanū impatorē genuēſiū auxilio fretus: qbus inſulā tenedon premio promiſerat impio deturbare annixus eſt: que res certe maioris diſcordie inter genuenſes ⁊ venetos cauſa fuit: vt. ĩ. dicemus. Erant tunc apud genuenſes dñicus fregoſius nouiter dux creatus: ⁊ apud pataninos frāciſcus ſenior carrariēſis patri in regnū ſucceſſerat. Genuenſes igitur. x. andree huius ducatus āno accitis in ſocietatē belli Ludouico vngaroꝝ rege et frāciſco ipſo carrarienſi: ac auſterie duce: necnō et aquilee patriarcha odiū qḋ in venetos iamdiu conceperāt denuo oſtēdere conati ſunt: ⁊ Lucianū auriā claſſis prefectū conſtituūt. At veneti qui cū perino luſignano cypri rege: ⁊ bernaboue vicecomite ſolū ſentiebāt carolū zenuʒ: ⁊ ipſi ſue claſſi ꝓfecerūt: qui cū genuenſibus cōgrediens primo ſuo cōgreſſu ſuperior euaſit: ⁊ coꝝ quīqʒ triremeſ cepit. Lucianus aūt clade ſuſcepta: vt erat preſtātiſſimi aī vir maiore claſſe compata ſtatiʒ vniuerſuʒ mare adriaticū infeſto agmine diſcurrens maximū icōmodū et dānū venetis intulit. Et cū iaderā oppidū cepiſſet quottidie venetoꝝ portū ꝑturbabat paulopoſt i polā ducēs ibidē vniuerſā venetoꝝ claſſē ſuꝑauit: ⁊ maxia cū eorū cede captiuauit. Oppugnabāt et tū alijs i locis veneti terra mariqʒ. ſ. a carrariēſi ⁊ alijſ ſocijſ quos diximuſ. interī vō Luciano in bello mortuo petrus eius fr̄ eius loco ſuffectus cū. 60. triremibus ⁊ totidē nauigijs ſtati venetias hoſtili aīo venit: ⁊ ſtatim gradū comaclū ⁊ captulas capiēſ direptis ciuiū bonis igne appoſito penitus exuſſit. Inde in clugiā dirigens pari terrore cū maxima venetoꝝ militū captiuitate: ⁊ cede cepit et deſtruxit. Qua calamitate ⁊ iactura fractus princeps fractiqʒ veneti oēs cū terra mariqʒ ꝑmerēt: nec ullū auxiliū ſperarent pacem et miſericordiā a genuenſibus petiere: ⁊ carthā ⁊ atramētū mittentes obtulerunt ſe eas accepturos leges: quas genuenſes impoſuiſſent. At genuenſes ſupbia elati venetoꝝ legatos reijciūt niſi ſe ſuaqʒ bona ac mulieres traderent. Iā enim genuēſes vniuerſa circūquaqʒ venetoꝝ ceperant caſtella ⁊ inſtabāt iā iā vrbeʒ ingredi. Princeps aūt ⁊ veneti oēs genuēſiū reſpōſis ꝑturbati vltima deſperatione ducti ad tuēdā patriā: tuēdaſqʒ vxores ⁊ liberos ſe accixerūt: ⁊ ſtatiʒ ante facies portus cathēis ferreis deductis poſitiſqʒ lemnibus ac ſcaphis quibuſcūqʒ cū ſingulis bōbardis. Eo. n. tunc primū bombarde a quodā theutonico eam ob rē inuente fuere: ac ſic cū q̄ta potuerūt vi veneti genuenſes poſt lōgam pugnā reppulere ne vlterius in coꝝ eſtuarias ꝓgredi poſſent. Interim aūt Andreas occulatus vir: ⁊ inuictiſſimus princeps dū acriter obſideretur: ⁊ iā pene ciuitas cōmeatu deficeret Bernabouē vicecomitem et Ioannem cōſtātinopolitanū impatorē amicos ſuos ſolicitat: vt. ſ. Bernabos apud genuā: ⁊ impator apō peram genuenſes bellis laceſſerent. De venetis tū certe actum erat ſi genuenſes tātūmodo cauiſſent venetis cōmeatus mari iportari. At genuenſes multis grauiſſimiſqʒ bellis impliciti tādeʒ capta iuſtinopoli polaqʒ incenſa ⁊ clugia deſerta poſt multas datas acceptaſqʒ cedes vterqʒ populus diutino bello feſſus Aymone ſabaudienſiū comite procurāte pacē hoc modo cōpoſuit. ſ. vt vngarie regi vſqʒ ad decenniū ſingulo anno veneti ſeptem milia aureoꝝ perſoluerēt: ea tñ lege: vt rex ipſe nullibi in dalmatia ſal fieri permitteret Atqʒ patriarche aquilegienſi in forojulio eadem maneret cōditio: que ante belluʒ fuerat. Ducibus aūt venetoꝝ ⁊ genuenſiū iniunctum eſt: vt quiſqʒ captiuos incolumes dimitteret. De preda vero vtrinqʒ capta nulla mentio habita. Mandatum eſt preterea patauino principi: vt ab obſidione taruiſij recederet: vtqʒ

arces ⁊ turres in ſtagnis: ⁊ ad fluminũ oſtia excitatas demoliretur. Terminiq; inter venetos ⁊ patauinuꝫ
poſiti ſunt. Eaq; pax a dño mandata ſeptimo cal. ſeptẽbris ãni. ſ. 1381. confecta fuit his optime geſtis. An
dreas hic ſecundus venetiaꝝ conditor appellatus: ⁊ patrie pater perpulchre vocatus eſt. Deniq; dieꝝ ple
nus ⁊ bonoꝝ opeꝝ plenior ſequẽti ãno quieuit in pace: ſepultuſq; in baſilica ſancti ſtephani nr̃i ordinis cũ
tãto oĩuꝫ gemitu quãto vnq̃ antea quiſq̃ ſepultus ſit. ¶ Ducum genuenſiũ principiũ.

¶ Dominicus fregoſus primus (vt credimus) genuenſium dux hoc anno ad inſtar venetoꝝ omnium conſẽ
ſu creatus ducauit annis. 12. Nullibi. n. in genuenſiũ geſtis inuenire potui. Genuenſes antea duces habu 1327
iſſe niſi nunc. Sed nec iacobus de viragine theologus ⁊ genuenſiũ eps: qui de ipſoꝝ geſtis vſq; ad hoc tẽ
pus chronicã cõpoſuit vllã de ducibus mentionẽ facere videt̃. Hunc igitur primũ ducẽ coꝝ credendũ eſt.
Is itaq; dñicus (vt res expoſtulabat) magni cõſilij et animi preſtãtiſſimi vir fuit: Qui et petri germani ſui
claſſis prefecti conſilio et magnanimitate ac virtute vſus vniuerſaꝫ cyprioꝝ inſulaꝫ vi cepit diripuitq;: ⁊ ſi
bi ſubegit ac tributariam fecit. Petrus eniꝫ luſignanus cypri tunc rex pro more regũ ſolẽne ꝯuiuiũ in cypro
inſtituerat: quod ãnis ſingulis facere ꝯſueuerat. In quo ⁊ genuenſiũ et venetoꝝ mercatoꝝ iudices: quos
Bailiuoſ appellant inuitauerat. Inter quos magna de pori cõſenſu contentio eſſe cepit. Cumq; rex propẽ
ſior venetis videret̃ indignati genuẽſes armis ſuã dignitatẽ cõſeruare ſtatuerũt: atq; ita tectis ſb veſtibus
gladijs i regiam profecti ſunt. Quod intelligentes veneti regem adeunt: ⁊ eidem inſidias paratas dicunt.
Qui e veſtigio rem inueſtigare faciens inuenti ſunt genuenſes cum armis in regiã eſſe: indignatus rex ili
co oẽs genuenſes rapi mãdat: ⁊ furibundus p ſublimioreꝫ palatij locũ in forum precipitari iuſſit: quod et
factuꝫ eſt. Inde non contentus rex omnes p inſulã genuenſes cõmorantes perquiri ac necari precepit: ita
vt vix vnus ex tanta clade ſupereſſe permiſerit: qui rẽ geſtã in patriam renũciaret. Accepit tñ dñicus dux
ac ſenatus paulopoſt atrociſſimã ſuoꝝ ciuium iniuriã. Qui in vltioneꝫ erectus intra quadraginta dies po
tentiſſimã claſſem armauit. ⁊ in cyprũ per fratrem ſuũ petrũ miſit. Cuius aduentus vno et eodẽ momẽto
viſus ⁊ auditus eſt. Petrus aũt qui claſſi preerat expoſitis in terram copijs mox nichoſiã profectus vrbeꝫ
male defenſaꝫ cepit: breuiq; regem atq; reginã ⁊ vniuerſam inſulam in ſuã poteſtatẽ redegit venetis p̃mũ
interfectis nephadi cõſilij auctoribus: ingẽtiq; ditatus preda maiori cũ gloria in breuiori tpe q̃ ſperaretur
domũ cũ regina ⁊ rege ac inumerabilibuſ captiuiſ redijt. Rex cum cõiuge pregnãte in turre capitis Fari
aliquãdiu ſeruatus eſt donec regina filiũ ibidẽ peperit: quẽ Janũ appellauit. Tãdẽ venia regi data regnuꝫ
tributariũ fecit: ⁊ Famaguſtã nobiliſſimã ciuitatẽ de regno excerptã genuẽſi populo applicauit: indeq; cõ
tra venetos ſibi infenſos duriſſimũ bellũ ſuſcepit cum quibus aliquãdo congreſſus apud antiatũ a Nico
lao piſano venetoꝝ prefecto ſuperatus ⁊ victus fuit: pp quos genuẽſes indignati cum cũ fratre magiſtra
tum abrogantes in carcerem cõiecerũt.

¶ Petrus igitur ⁊ perinus fratres hugonis luſignani Cypri regis filij: hoc anno patre defuncto in regnuꝫ 1370
ſuccedentes quantũ regnauerint neſcio. petrus aũt natu maior ſuſcepto regno cũ eſſet vir magnanimus
⁊ naualis belli pitia doctus ad recuperandam patrum ſuoꝝ vexationeꝫ: qui e regno hieruſaleꝫ ab egyptijs
eiecti fuerant paulopoſt inſtructa claſſe catellanis in ſocietatẽ accitis cũ gallis ſuis aliquando alexandriaꝫ
egypti vrbẽ preſtanti animo inuaſit ⁊ vrbẽ ingreſſus mediã diripuit ⁊ incendit. ⁊ q̃uis occurentibus maxi
mis egyptioꝝ copijs fuge ſe cõmiſerit igentẽ tñ predã ⁊ ditiſſima ſpolia reportauit. Domũq; reuerſus pa
rum ſuperuixit qui a perino fratre interfectus fuit cũ nulla ſancta in regno reperiatur ſocietas: ſed nec ipſe
paricida diu in quiete ſtetit: nec paricidiũ ei impune ceſſit. Cũ propter imprudẽtiã ſuã maximã inter vene
tos ⁊ genuenſes diſcordiaꝫ excitauerit. Duxerat. n. viuente patre Bernabouis vicecomitis filiã vxorẽ: quã
pater idẽ Bernabos cũ. xij. triremibus cyprũ honorifice miſit quã idẽ Rex ingẽti cũ gloria excepit: ⁊ in me
moria rei ⁊ huiuſmodi ſolẽnitatis ſingulis annis conuiuiũ ſolẽne facere decreuit. in quo aliquãdo inuitatiſ
genuenſiũ ⁊ venetoꝝ mercatoribus ingens: ut prefertur: cũ calamitas obtigit: Quia genuẽſes et Veneti
cũ vterq; in dexterã regis eo in conuiuio ſedere vellent: maximus repente tumultus exortus eſt: ſed genu
enſes a venetis de inſidijs incuſati oẽs per vniuerſam inſulaꝫ adeo enecari iuſſi ſunt: vt vix vnus ſupfuerit
qui reꝫ geſtam ceteris renunciaret: propter qd̀ a genuenſibus vniuerſa inſula capta ⁊ direpta etiaꝫ rex ipſe
cum vxore ⁊ alijs innumerabilibus captiuis abducti ſunt: ⁊ rex ac regina genue perducti in turriq; capitiſ
Fari incluſi taꝫ diu ibidẽ fuerunt: donec regina puerulũ pepererit: quẽ ⁊ Januꝫ in facti memoriã noiauit.
Tandẽ venia recepta ſe ⁊ regnum vniuerſum genuenſi populo tributariũ fecit ⁊ famaguſtã inſuper eidem
populo conceſſit. Reuerſus itaq; domum rex Famaguſtã terra mariq; oppugnare non deſtitit: ſꝫ fruſtra
quia ab ijs qui in vrbe preſidio erant acriter defenſa fuit.

¶ Merinus lulmas patria bergomẽſis equeſtris ordinis dignitate inſignitus ⁊ hẽdene vallis brãbane op
pidi dñs his tpibus Guelphoꝝ ⁊ gibellinoꝝ vbiq; perſtrepẽtibus bellis ſue magnanimitatis celebrẽ ⁊ vul
gatã dedit experientiã. Erat. n. robuſtiſſimus: vt aiũt: vir ⁊ ad labores tollerandos fortiſſimus ⁊ ad cogitã
dum ſimul ⁊ loquendum idoneus: ⁊ propterea a factione Guelpha ⁊ bergomenſi agro contra gibellinos
dux delectus eſt. Qui cum Guelphis tum Brixienſibus tum Bergomenſibus in caſtrum ſancti laurentij
vallis ſeriane ſuperioris: quod per gibellinos tenebatur duxit obſidenſq; acriter illud venit baldinus ⁊ ho
nofrius ſuardi cum magno exercitu vngarorum et factionis ſue ad ſummam videlicet duorum miliuꝫ ſex

centoꝝ et ad inuicem dimicarunt: ⁊ eos tandē Mernus tāto impetu pfugauit vt coacti bergomū incōmodo magno ⁊ ignominia repetierint. Id eniʒ idibus maij anni .1272. geſtū fuiſſe legitur. Eā ob rē elati guelphi multas direptiones ⁊ vaſtationes in bergomenſi agro gibellinis dedere. Quoꝝ motus cōprimendos Bernabos vicecomes: Joannē de liſca: ⁊ Jacobum de pijs carpenſeʒ in bergomenſeʒ agrum cū exercitu miſit: quibus ⁊ Joānes de iſeo miles cū octingentis viris auxilio affuit: qui apud ſteʒanū vicū contra merinū iſtum pugnantes ⁊ confligentes poſt duras et atroces vtrinſqꝫ cedes ipſe licet hoſtes ⁊ numero ⁊ viribus ſuperiores exiſterēt non infelicem exitū reportauit: imo regredi eos cōpulit. Eodemqꝫ āno qui fuit tertius ⁊ octogeſimus ſupra tredecies centū quinto. ſ. nonas ſeptēbris gibellini duce ʒeno de cropello cum male pugnaſſent in pernitiē merini caſtrum bendene cum vniuerſa terra imflāmauerūt: ⁊ ipſum prorſus euerterunt. Barnaboue deniqꝫ captiuato Galliatius dux cognita hominis virtute ac magnanimitate euʒ ad ſe vocatū ſuū familiarem conſtituit: ⁊ magnis honoribus ⁊ peminentijs ac priuilegijs adhuc extātibus honorauit ac propter eius beniuolentiā vniuerſam lulmarē familiaʒ ciuē bergomēſeʒ conſtituens ſingulari priuilegio ab oi onere ciuilitatis exemit. Id ipſuʒ ēt ioānes archieps ⁊ mediolani dñs iādudū effecerat.

Gregorius .xi. papa natione etiaʒ lemonicenſis petrus belfortis ātea vocatus ſancte marie noue dy-
Papa .210 aconus cardinalis hoc anno vrbano pontifex ſuffectus ſedit ānis octo. Hic clementis ex fratre ne- 6570
pos fuit vir certe multe innocētie ⁊ placabilitatis: quibus ex virtutibus ab oibus plurimū dilectus
1371 fuit. Qui pontificatu inito ſtatiʒ legatū in italiā miſit vt res eccleſiaſticas recenſeret. Inita auteʒ cū bernaboue vicecomite pace oia i pturbatione fuere. erant eiʒ oēs preter venetos vicecomitibus inimici: pp quod multa mala ſurrexere. Cum aūt Gregorius ea mala: q̄ in italia gerebantur ſue abſentie aſcriberet: d̄ reditu ſuo in italia cogitare cepit. Mouerant etiam eum cuiuſdaʒ pōtificis verba: Cui cum Gregorius q̄dā confidentia familiari diceret. Quare ad eccleſiā tuā epiſcope nō vadis? Ille intrepidus reſpōdit. Cur inquit ſumme pontifex ceteris exemplū daturus: ⁊ tu tuū epiſcopatuʒ: tuāqꝫ eccleſiā Ro. nō repetis? quibus verbis pontifex motus ſtatim in rhodano fluuio paratis vna et .xx. triremibus: aliā rē ſimulans pfectioneʒ aggreſſus genuā primo deinde cornetū: ac poſtremo Romā terreſtri itinere ianuario menſe peruenit anno .1376. pontificatus ſui anno ſexto migrationis autem Romane eccleſie in gallijs ſeptuageſimo. Quo aūt apparatu quaqꝫ incredibili Ro. populi letitia ſuſceptus fuerit non attinet dicere. Omnia quippe i illa vrbe regia ſuo indigebant aduentu. Menia et eccleſia ac priuata edificia ruinam vbiqꝫ minabant̄ que ipſe magna ex parte reſtituit. Non dico de moribus ⁊ vrbanitatibus vbiqꝫ labefactatis. Vrbs. n. que oliʒ vniuerſum mundum ad vrbanitatem redegerat abſente pontifice ad maximam morum ruſticitatem peruenerat. Collocata itaqꝫ in vrbe Roma ſede Gregorius ſicut bonum decebat paſtorem omnia circunſpicere cepit. De medelaqꝫ vulneribus inferenda cogitans pacem perneceſſariam per legatos expetere: ⁊ inter omnes componere cepit. Verum Florentini pontificis potentiam ſuſpectam habentes eius paceʒ reijcere ⁊ nullum iniurie genus pretermiſere q̄ in pontificē transferri poſſet. Quibus malis permotus pontifex florentinis anathemate notatis oia interdixit. Sʒ florentini oia cōtēpſere: ⁊ Sacerdotes in vrbe contra Ius faſqꝫ celebrare coegerunt. Tum vero pontifex a precibus ad arma conuerſus: conciliatis priuſ oibus alijs: contra Florentinos bellum mouit. Tandeʒ vero cuʒ oia accurate egiſſet que ad pontificeʒ pertinerent octauo pontificatus ſui anno .v. calendas aprilis intolerabili veſice dolore migrauit ad dominū: ⁊ apud ſanctam Mariaʒ vie noue nouo ſepulchro cum ingenti omniuʒ gemitu ⁊ luctu ſepultus eſt. Eadem eiʒ mortis ſue hora in auinionenſi palatio ignis accenſus eſt: nec extingui vnq̄ potuit quoaduſqꝫ due ptes eius exuſte fuerunt. Quo aūt auctore incenſuʒ fuerit ignoratur. Eo antē ſublato maximū Sciſma ⁊ ingēs patrū calamitas atqꝫ diſcordia qualis non fuit ab initio pontificatus petri ſubſecuta eſt.

¶ Viri bello excellentes.

¶ Lucianus auria patricius Genuenſis vir nobiliſſimus his tpibus etate florens viribus ⁊ animi virtute preſtās a genuenſibus claſſis prefectus deſignatus ſtatiʒ velut alter Claudius marcellus Romanus magna virtutis ſue dedit documenta. Is. n. egregius ac preſtantiſſimus impator factus cū vidiciſſet venetos piſano Duce: quinqꝫ genuenſiū triremes in Romano littore ad antij portū captiuaſſe ſtatiʒ duaꝝ ⁊ viginti triremiū claſſe ſibi compata veloci curſu Jaderā venetoꝝ vrbē peruenit. Ibidēqꝫ infinita propemoduʒ dāna venetis illata mox in polenti portu nauigauit vbi ⁊ venetā claſſem viginti triremū ſedentem impetijt pugnanſqꝫ cum piſano claſſis prefecto tandem ſuperauit ⁊ eidem decem ⁊ octo triremes abſtulit: verum dum victoria propemodum conſumata foret ⁊ eam Lucianus ipſe aperte videre vellet caſidem ſibi: eleuās Lancea ſaucius interijt vtramqꝫ tamen claſſem ⁊ victricem ⁊ victam Genuenſes in Jaderam preter remiges perduxerunt: In eo autem prelio ad duo milia venetorum Genuenſes captiuarunt preter eos quoſ mare abſorbuit.

¶ Petrus Genuenſis ⁊ ipſa Auria familia natus Luciano predicto animi virtute non inferior apud genuenſes: per hoc tempus maximo in precio exiſtens ab eiſdem claſſis prefectus ſeu admiratus Luciano ſufficitur: eo q̄ tanq̄ alter Hannibal penus tanto ceteris Ciuibus prudentia ⁊ magnanimitate preſtare videbatur: quanto populus venetus conctas maritimas gentes potentia ante ibat: Hic itaqꝫ Luciano mortuo nouem triremes ⁊ .30. barchas claſſi priſtine addidit: ⁊ ſtatim ex genuenſi littore profectus Jaderaʒ venit

⁊ inde om̄ne uim naualis belli ſumens cū. 60. triremibus ⁊ totidē nauigijs in portū venetū cū magno ſtrepitu peruenit: atq̃ ibidē grado: comaclo: ruino ⁊ carpulis vi captis ⁊ direptis ſtatī incēdit: ibiq̃ cū vidiſſet venetos cathenas ferreas portui ſuo addidiſſe clugiā ſe cōtulit: quā egregie munitā atq̃ defenſam: tādē vi cepit: In quā cum ſex milia hoīū clugienſiū ⁊ venetoꝝ interfeciſſet: ⁊ vniuerſā in direptionē militibus dediſſet velut alter Marcellus romanus mulierū pudicitiā ſeruatā habere voluit. Inde quoq̃ nongentis ⁊ qnquagīta hoſtibus captis iaderam in captiuitatē tranſmiſit: exinde etiā hebas caput aggeris in vicumq̃ ſancti lazari ac mathemaucū delatus omnia igni appoſito ꝯcremauit: ⁊ Laurentū etiā multis oppugnationibus potitus eſt. Atq̃ inde pupillā vicū petijt tribus milibus ab vrbe diſtāt: vt venetias inuaderet: quā certe obtinuiſſet: licet multis bombardis ꝑpelleret: ſi eius triremes et barche in canali agi potuiſſent. Unū ꝙ de imprudentia iſte tantus vir reprehendi potuit ꝙ maximū pro modico obmiſit. Si. n. clugiā omiſiſſet: ⁊ mare a cōmeatibus venetis clauſiſſet: de venetis certe victoriā reportaſſet: Sȝ dum clugiā captam munire intenderet ibidē a venetis clauſus tandē dūȝ ſuos ꝯ̄ zenū venetoꝝ claſſis prefectū ꝑliantes iuuare anniteretur bombarde ictu percuſſus vitā euomit. Eius morte conſternati genuenſes i ꝓpᷓas naues ignē appoſuerūt: ⁊ relicta clugia genuā redierūt: q̄ res magnā ſciſſurā i genuenſi populo ſuſcitarūt.

❡ Carolus zenus patricius venetus vir inter venetos non ſolū etatis ſue: ſed et prioꝝ tpoꝝ litteris ornatiſſimus hiſdem tpībus apud venetos rebus bello geſtis ita clarus extitit: vt alter Camillus romanuſ ab eiſdē merito appellari poſſit quādoquidē i hoc clugienſi bello: quod genuenſes cōtra venetos difficillimū ac piculoſiſſimū geſſere hanc ꝓuinciā ſuſcepit. hic ſuſcepto impio p̄mo belli ſui impetu cū petri aurie genuenſis vires ſuſtinere non poſſet in orientalē genuenſiū ripariā delatus in vltionem ipſoꝝ omnia igne ferroq̃ vaſtauit: inde in alexandriā egypti vrbem adnauigans nauē quādā genuenſem maximā ⁊ alexādriā redeuntē ⁊ fugiētē in cretēſi portu tādē debellauit ⁊ cepit: cuius mercimonia trecentoꝝ miliū aureoꝝ valoris erant. Que res cū venetis denūciata fuiſſet eū in gaudio magno cū fauore reuocarūt. Qui cū rediſſet veneti clugiā recuperare ſtatuerūt: ⁊ eius ingenti conſilio vſi duas naues onerarias in clugienſi portu ſtati demerſerunt. Genuenſes nihilominus oē venetoꝝ preſidiū cepiſſent niſi mox hic preſtantiſſimus vir affuiſſet: qui licet multis confoſſus fuerit vulneribus tn̄ eos ingenti virtute reppulit. Attn̄ nec ipſe genuenſes ſuperaſſet: licet maximū ⁊ acerrimū preliū cōmiſerit niſi petrus auria prefectus bombarde ictu mortuus fuiſſet. Sȝ eo mortuo cū genuenſes pedē referre cepiſſent ipſe victoriā obtinuit. Eo enim in prelio defectu capitis zeno ipſe de hoſtibus ipſis ingētē cedē edidit: ac multā victoriā obtinuit. Innumerabilis enī multitudo in diverſoꝝ ⁊ in erfectoꝝ genuenſiū ac venetoꝝ in illa pugna fuit. Eo confecto bello etiā Bucicardū regis francoꝝ poſtmodū in genuenſi vrbe locum tenētē naualis exercitus ſupremū ducē dn̄ patauino principi opem afferre vellet prelio ingenti glorioſiſſimoq̃ ſuperauit: alia quoq̃ innumerabilia ſtrēnue geſta hic inuictiſſimus imperator edidit: que a Leonardo iuſtiniano alijſq̃ oratoribus copioſiſſime ſcripto mandata ſunt.

❡ Nicolaū piſaneū etiā patriciū venetū virum bello ſcientiſſimū cum predictis ea in re apud venetos floruiſſe conſtat. Qui poſtꝙ multa bella pro repu. ſtrēnue geſſiſſet ⁊ apud polam vrbē: ut fit: aliquando male pugnaſſet domū inglorius rediens a ſenatu abrogatus in carcerē ſine mora mittitur. Sed veneti poſtmodum a Genuenſibus oppreſſi ⁊ apud Clugiā vrbē omnino ſuperari ⁊ animo conſternati cum nulla eis ſalutis ſpes videretur: ⁊ de re veneta actū eſſe dubitaretur: ⁊ iam pacem expoſtulaſſent eas accepturi leges quas petrus Auria victor daret ſtatim clamor incerto auctore in Senatu auditus fuit dicens. O veneti in Aria vnicum piſaneum contra Genuenſes habetis victorem qui eos vincere noſcet. Quo clamore audito euegigio dux cum Senatu in carcerē deſcendens. Nicolaum victorem cum gaudio eduxit ⁊ apprehēſa eius manu bello maritimo ab integro eū prefecit ⁊ omnē poteſtatē eidē conceſſit. Cuius deinde auxilio ⁊ prudentia res veneta eſt conſeruata.

❡ Albricus cunij Romandiole prouincie oppidi digniſſimus comes ⁊ terreſtris belli inſigniſſimus ac ſupremus imperator hiſdem temporibus ab Anglis ⁊ Germanis eruditus fato quodā in re militari mutationem fecit. Superioribus. n. temporibus itali omnes arma ferre ⁊ tractare inſueti ꝑ equites externos mercede conductos bella geri per italiā conſueuerant: ſed hic ingenio ſuo noſtros bella gerere optime docuit quibus ſe deinceps Itali noſtri ab inteſtino ⁊ externo hoſte tutati ſunt. Hunc autem primum Bernabos vicecomes armauit qui externo militi ſepe congreſſus ſuperior victorq̃ euaſit. Ac ita vniuerſam gentem externam que vicecomiti ⁊ alijs ſeruire cōſueuerant e lombardia breui expulit. Bernabone deinde a nepote in carcerem coniecto Albricus ſtipendio dimiſſus: Italis omnibus qui arma ferre conceperant ſeſe ducem exhibuit. Qui tantam militum multitudinem ſub vexillo ſancti Georgij repente coegit: vt ⁊ Britoneſ Theutonicoſq̃ ac Anglicos qui: a noſtris mercede conducti: prouincias noſtras ſepe euertere ⁊ infeſtare ac diripere conſueuerant Italia expulerit. Fuiſſe enim ferunt quadraginta equitum milia externos quos Albricus cum duodecimmilibus ſibi congregatis expulerat. inſtitutioni autem huiuſmodi militie albricus hic addidit nouum ornamentum ꝙ vbi vſq̃ in preſens tempus thoraces ocreas brachialiaq̃ ex corio milites induebantur ipſe ferro ⁊ chalybe totū armari hominem primum docuit: huius etiam Albrici ductu auſpicioq̃ ⁊ diſciplina militari ſecuti ſunt: Bracius Montonus Albrico ipſi domeſticus Sfortia cum Laurentio Attendulo Paulus vrſinus Moſtarda Foroliuienſis Tartaliaq̃ Laudenſis ⁊ Thomaſi-

nus Cribelluſ Mediolanenſis ⁊ alij complurimi. Externis itaqꝫ italia pulſis ⁊ Galeatio vicecomite primo duce defuncto. Albricus a Ladiſlao rege in regnū vocatus magnus comeſtabilis ab eo ſtatim creatuſ eſt. Et neapolꝫ mox ducens urbeꝫ diu oppugnauit: quā tandem magno impetu captā i Ladiſlai regis poteſtateꝫ redegit: Qua victoria territi reliqui regni principes ciuitates ſuas in regis manibus deduxere: inde in romandiolā veniēs maxima facinora cōtra oēs regulos geſſit: ⁊ ꝙ maxime Aſtorrē fauētinū: quem tandem vrbem relinquere coegit: huic aūt inuictiſſimo principi ⁊ imꝑatori dicere auſꝫ italos noſtroſ plus debere ꝙ omnibus qui ante ⁊ poſt eum fuere.

1371 ¶ Franciſcus carrarienſis ſenior vnicus dn̄i iacobini ex vxore gnatus: hoc anno fratre eius Gulielmo ex pellice interfecto in regnum paternū ſuccedens regnauit ānis .xi. Vir quideꝫ ſplendidus ⁊ multis virtutibus ornatus: ac plurima laude dignus: qui patauinā vrbē menibus: caſtellis: turribus: ac ſplēdidiſſimis edificijs: ⁊ edibus tūꝫ priuatis: atqꝫ publicis mirifice exornauit. Necnon et preclara: ac memoratu multo digna in prelijs geſſit facinora: pro quibus regno ſuo multa preſtitit incrementa. Verum quūꝫ Bernaboneꝫ vicecomitē ſororium a Galeatio maria detētūꝫ defenderet liberare ſtatuiſſet nō modo euꝫ liberauit: ſꝫ ⁊ regnūꝫ omne ac deniqꝫ vitā propriam perdidit. Quia ab eodem tandem Galeatio ſuperatus ⁊ captiuus abductus in modoetie furno ſeu carceribus euꝫ interire permiſit. Deniqꝫ de octobrio menſe anni .1393. cū vita exceſſiſſet eius filius Franciſcus ab duce corpus impetrauit: ⁊ aromatibus cōditūꝫ patauium cū maximo apparatu deferri fecit: ⁊ regijs exequijs in maiori eccleſia ſepulchro marmoreo ſepelliri fecit.

¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Joannes bochatius de certaldo natione florentinus poeta ⁊ philoſophus atqꝫ aſtronomus clariſſimus
1375 hoc anno cum .62. annoꝝ eſſet etatis e vita migrauit: Qui cum ameni ingenij eſſet vir et latina patriaqꝫ ligua in dicendo celeberrimus haberetur hos infraſcriptos poſt ſe reliquit libros. ⁊ primo.

| | |
|---|---|
| De genealogia deoꝝ pulchros | li. 14. quoꝝ principiū eſt: Si ſatis. |
| De mulieribus claris | li. 1. Pridie mulieꝝ egregia |
| De viris illuſtribus | li. 1. Exquirenti mihi qd ex labore |
| De montibus | li. 1. Surrexeram equidem feſſus |
| De fontibus | li. 1. Poſtꝙ de montibus et ortu |
| De fluminibus | li. 1. Figmento poetico traditum. |
| De ſtagnis ⁊ paludibus | li. 1. Et ſi nonnunꝙ e ſtagnis. |
| De nominibus maris | li. 1. Modica laboris aſſumpti. |
| Bucolicorum verſibus | li. 1. Tindare non ſatius fuerat. |

Item bellorum opus egregiūꝫ pōtificum ⁊ romanoꝝ imperatorum geſta continens: ⁊ ſciſmatum belloꝝumqꝫ precipue eorum: que fuerūt in italia. De rebellione terraꝝ eccleſie. De bellis florentinoꝝ cū duce mediolanēſiū ⁊ cum aragonum rege. De tartarorum victoria contra turcos. De victorijs Sigiſmundi contra turcos. De hereſibus boemorum. De captione conſtantinopolis: ⁊ alijs circa materiam turcorum. Vernacula autem lingua multi eius extant libri iocis et vanitatibus pleni ſed ſententiarum ſucco: ac melliflua ſuauitate verborum ſonātium repleti: vtputa librum centum nouoꝝ: et Corbatius: ac Philoſtratus.

¶ Joannes de Rupeſſia minorūꝫ ordinis inſignis Theologus: tempeſtate hac preter ea que ī ſententiarūꝫ libros accurate docteqꝫ ſcripſerat in carcerem truſus multa de futuris tanꝙ propheta ſcribere voluit: videlicet de duobus antichriſtis ⁊ de eccleſie conculcatione ⁊ de conuerſione oīum gentium ad fidem xp̄i ⁊ alia multa que in Jannis adeſſe affirmabat: ⁊ hec a dn̄o Jeſu xp̄o ſibi reuelata fuiſſe conteſtabatur. Que non modo euenere ſed oppoſitum in oībus fuiſſe conſtat. Huiuſmodi aūt pronoſticatores multi ab initio decepti fuere: quibus ſatius fuiſſet ſilere ꝙ talia temere loqui.

¶ Petrus Thomas patriarcha Conſtantinopolitanus ordinis Carmelitarum eggregius ac celeberrimuſ doctor hiſdem tꝑibus apd̄ Famaguſtā cypri vrbeꝫ poſt multoꝝ libroꝝ editionē ac multoꝝ (ut aiunt) miraculoꝝ celebrationē plenus dieꝝ ac bonoꝝ opeꝝ migrauit ad dominum.

¶ Simonem de Caſſia ordinis Eremitarum diui Auguſtini Theologum ⁊ egregium predicatorem per id tempus tanꝙ medicinalem caſſiam languenti anime ad vite integritatem refrigerio affuiſſe tradunt. Qui ut verus euangeliſtarum interpres ⁊ chriſti Jeſu imitator verus omnia ipſius Saluatoris geſta in ordinem colligens in quindecim ſubdiuiſit libros: quos de chriſtiana religione intitulauit. Sed ⁊ aliūꝫ librū de doctrina chriſtiana: de patientia: de Symboli expoſitione· de ſpeculo crucis: De diſciplina ſpiritualium opuſcula autem hec miro ⁊ quaſi diuino ordine collegit. Epiſtolas quoqꝫ edidit plurimas documentis plurimis repletas. Hic Florentie quammaxime ſpiritu prophetie floruit ⁊ multo in precio fuit vbi etiam Monaſterium ſui ordinis Monialium a ſolo edificauit ⁊ Nobilium Matronarum ac virginum illud repleuit.

¶ Franciſcus ⁊ Ludouicus Guidonis Gonçage filij: hoc anno cum Hugolotum eorum fratrem natu maiorem ob cupiditatem affectati regni octauo die decembris interfeciſſent. Mantue dominium ſibi aſſumentes regnauit. Franciſcus ipſe annis vno ⁊ triginta. Vir certe preclarus atqꝫ magnanimus ⁊ prudenſ qui ſua prouincia ac magnanimitate ſtatum ſuum periclitantem ex maximis periculis eripuit: Nam in anno domini .1397. per annum (auxilio tamen ceterorum confederatorūꝫ) bellum Galeatij Ducis mediolani preſtanti aīo ſuſtinuit ⁊ eo tandē profligato ⁊ in conflictu poſito nō modo magnum triumphū: ſed ⁊ maxi-

mas diuitias ⁊ ſpolia obtinuit: Idq; factitatũ fuit in die feſtiuitatis diui patris nři auguſtini: q̃obrez ad
ꝑpetuã rei mẽoriã ex ſtatuto ip̃ius Franciſci ⁊ ſucceſſoꝝ quoddam ſingulare munus ſingulis annis illi
eccleſie offerť. Egdem de regno eius actum eſſe videbatur: niſi diña ei affuiſſet clemẽtia: Mortuo deide
Galeacio cum venetis fedus iniens copiarum ſuarum generalis imperator cõtra Frãciſcum carrarium
Pataurij dominũ delectus fuit: cuius prudẽtia ⁊ virtute Senatus venetus patauium ⁊ veronam obtinuit
⁊ hoſtẽ penitus deleuit: Hic Malateſte Ceſene dñi filiã duxit vxorẽ: ex qua Joãnem Frãciſcum ſucceſ
ſorem ſuſcepit filiũ: Deniq; poſt innumera ⁊ p̃clariſſima facinora a ſe geſta ſenio cõfectus ãno dñi. 1407.
vita exceſſit: ⁊ apud ſanctum Franciſcum Mantue ſepultus fuit.

¶ Antonius ⁊ Bartholomeus Scaligeri veronẽſes Segnorij Scaligeri naturales filij: hoc ãno. xi. calẽ.
Januarij patre defuncto ⁊ ſequẽti die Alberto ip̃ius Segnorij patre ex venẽo dato apud Peſcherã oppi 1377
dum morte ſublato verone ⁊ vincẽtie pricipatum ſumẽtes eque. v. ãnis regnarũt. Deniq; cuz nulla ſancta
ſocietas i regno inueniatur: Antonius tãquam Romulus fratrem iterfecit. Sed deus ipſe q nullũ maluz
permittit ipunitũ: hũc fratricidam impunẽ nõ permiſit: nec in regno ipſo quieſcere voluit: Quia ſtatim
Frãciſcus carrariẽſis ſenior eidẽ execrabile intulit bellũ: ⁊ multis eũ incõmodis affecit: verũ cum eum
ſupare nõ poſſet: Galeaciũ vicecomitem ducẽ in eum cõcitauit: ad quem cum exercitu magno veniens
illum vrbibus obſeſſum tandẽ in deditionẽ accepit. Relictiſq; vrbibus in manus Galeacij ducis ipſe va-
gus et profugus tã q̃ alter Caym homicida dei iudicio debitas luit penas.

Rbanus papa natiõe Neapolitanus hoc ãno Gregorio põtifici ⁊ Barẽſi archiep̃o pontifex ſuffe
ctus ſedit ãnis vndecim ⁊ mẽſibus octo: vir certe callidus ⁊ iniuriarũ memor ac vindex: Quo põ- Papa. 211.
tificatu ſuſcepto (vt par erat) nõ pacẽ inter xp̃ianos cõponere voluit: ſed magis cardinaliũ ⁊ Joan
ne regine iniurias vlciſci ꝓ viribus conatus ẽ: Propter quod florẽtinos anathemate notatos: vt in 1378
6577 ſuam deduceret ſniam abſoluit: qui. ſ. Joannẽ haucuth gallum copiarũ ſuarũ ducem Neapoli contra Jo
annam reginam miſere: Inde cum natura inquietus eſſet: atq; inhumanus apud Nuceriam quoſdam
cardinales creans ſeptẽ ex veteribus in carcerẽ cõiecit dicẽs eos cõtra ip̃m pro antipapa Clemẽte coniu-
raſſe e quibus qnq; cũ Genuam ꝓficiſceret in mare demerſit: eo eni ob timorem Caroli Apulie regis ac
ceſſerat hominẽ eni illum ob minus iuſte poſtulata ad iracũdiam cõpulerat. Cũq; ibidem vſq; ad Caro
li ip̃ius obitum permãſiſſet tandẽ Romã reuerſus eſt: Ibiq; cõfirmatis eccleſie ciuitatibus inde Neapo-
lim acceſſit: vbi ⁊ Ladiſlaum Caroli puerũ ac Joannã eius ſororem a paterna hereditate deturbare an-
nixus ẽ. Sed re infecta Romã rediens cũ magno apparatu ⁊ honore a ciuibus exceptus eſt: vbi ad quaſ-
dam inſidias deuitãdas nouẽ ⁊ viginti cardinales vno die creauit: in q̃bus maior pars Neapolitanorum
fuit: Tres vero fuere Romani: quibus creatis paucos ſuperuixit dies. Mortuus deniq; Rome in baſili-
ca beati petri ſepelitur: paucis eum tan q̃ ruſticum ⁊ inhumanum flentibus.

¶ Sciſma vigeſimũſecundum oĩum peſſimũ ⁊ ſcandaloſiſſimũ: quod per nouem ⁊ triginta ãnos durauit:
hoc ãno initiũ ſumpſit. Mortuo. n. Gregorio põtifice: ⁊ eius exequijs ex more celebratis clerus populuſ-
q; Ro. cardinales obnixe rogarũt vt Ro. põtificẽ aut italicũ deligere dignarenť: q eccleſiã romanã: remq;
eius publicã integre gubernaret: aliter ſi ſecus eſſet de xp̃iano noie actũ eẽ. Ideo eni italicum requirebãt:
ne ſi gallus deligeretur ⁊ romana curia iterum trãſmigrare cõtingeret: romana reſpublica periclitaretur:
Quibus cardinales perbenigne reſpõdentes ſe pro poſſe eorum votis obtẽperaturos ꝓmiſerũt: Irentq;
⁊ bono animo eẽnt. Animaduertẽtes igitur patres romanũ populum precipitem ⁊ incõſideratum expaue
ſcere ceperũt. Erat tũ in curia Bartholomeus qdã Barenſis archiepiſcopus vir callidus ⁊ cõſilio prom-
ptus quẽ patres cõſulẽtes dixerũt: qd hac in re facto opus ẽ: vt romana eccleſia in gallias remeare poſſet:
Iſq; vnũ hoc eẽ remediũ reſpõdit dicẽſ: vt vnus noie tãtũ ⁊ aliuſ re ⁊ facto deligať: q poſtea ſublato peri
culo noieť: atq; ita eius cõſilio acqeuere. Intrãtes itaq; patres cõclaue: ip̃z Bartholomeũ Barẽſez ep̃m
ad deliniẽdos ſolũmõ romanos deligere ſtatuerũt: vt poſtmodũ tutiori in loco aliũ ſubrogarent. At vero
vnus cardinaliũ ex gẽte vrſina q ad id toto poſſe aſpirabat: nec vllũ p̃ter ſe eo faſtigio dignũ credebat: ſta
tim ab extra gallũ põtificẽ electum romanis inſinuauit: Quod cum vulgus preſtolans audiſſet: conclaue
eueſtigio multo tumultu effregit: miniſq; ac terroribus patres concuſſit: Sed cuz didiciſſet italicum: ſcili
cet Barẽſez creatum conquieuit. Leonardus tamẽ Aretinus hiſtoricus in fine octaui libri ſuaruz hiſto-
riarum refert q̃ cũ in cõclaui patres de ſucceſſore deligẽdo conſultarẽt: Inſurgẽs romana plebs nullius
certi hoĩs impulſu: ſed ſuo impetu permota romanũ pontificẽ ex ciuibus romanis vel ſaltez italicis crea
re debere clamabat: hec dicta poſtulataq;: cũ nõ rationi incõſona videreť: auditur tumultus: Creſcẽſq;
multitudo aduſq; cõclaue peruẽit. Patres autez tiore concuſſi vt populo morẽ gererẽt: Bartholomeũ ba-
renſem archiepiſcopũ patria Neapolitanũ extra collegiũ cardinaliũ põtificẽ crearũt: Urbanũq; ſextum
appellarũt: quo facto cũ Romani poſtmodũ patres pſuaderẽt: vt de more eũ venerarẽtur: ac ẽt ꝑ orbẽ p̃n-
cipes ꝑ litteras cõmonerẽt: vt ⁊ ip̃i id ꝑ legatos facere dignarenť: nihil tamẽ effectũ ẽ: Erat nãq; Urba-
nus ip̃e (vt diximus) natura inurbanus: ſed ruſticus igratus ⁊ inquietus atq; inexorabilis: ⁊ ꝓpterea oĩa
ſubſecuta ſunt mala ac ſciſmata: Etiã cũ p̃ter ſpez ad tãte dignitatis faſtigiũ euectus fuiſſet intolerabiliſ
oĩbus videbať: Cuius inhũanitas induxit p̃res alioꝛſum proſpicere: itaq; clanculum inter ſe de hac re ⁊
electione cõqueſti: cũ ⁊ metũ ⁊ populi romani violẽtiã icuſarẽt: diſſimulata ad tempus indignitate cuz ho

na pōtificiſ venia Anagniā petierūt: ꝛ inde Fundos tranſmigrarūt: Ibiqꝫ Ioāne regine ſecuritate cōfiſi
octo cardinales aliū pōtificē elegerūt: Robertū.ſ.cardinalē Gebenenſem: qui antea legatus in Italia fue
rat miſſus: Cui ꝛ ſeptimo Clemēti indita eſt appellatio: ac ſic per orbē litteris diſſemināt hanc.ſ.veraꝫ cē
electionē: Clementēqꝫ veꝝ ꝛ indubitatū xp̄i vicariū vbi vera fuerūt ſuffragia: qa coacti a populo. Ro. ita
licum potius ꝙ gallū delegerāt: Et hinc magne diſcordie magnumqꝫ ſciſma in eccleſia dei oriri cepit: vt
duo in ea dicerent̄ capita: Urbano aūt principū xp̄ianorū pars ꝛ pars Clemēti fauere cepit. Italia enim
Germania a panonia Urbano: Clemēti v̄o gallia hiſpania ꝛ Cathelonia ꝛ Britānia adheſit. Cardiales
aūt galli his geſtis multas villas: vrbes ꝛ oppida diripere ꝛ occupare ceperunt.

¶ Clemēs vero multas datas acceptaſqꝫ clades i gallias cū ſua curia ꝓfectus ē: vbi apō Auinionē: vt pon
tificū moris erat ſedē cōſtituens vt verus pōtifex a gallis oībus veneratus ē: ꝛ ſedit annis.xv.

Vinceſlaus VInceſlaus Caroli imꝑatoris ꝑdicti filius.5.ꝛ.20.germanoꝝ imꝑator hoc āno patre defuncto
cū iam vna cū patre imꝑaſſet ānis.8.ſolus poſt patrē cōfirmatus imꝑauit annis.xxij.ꝙuiſ im
perij benedictionē a papa nunꝙ obtinuerit. Uir certe patri in oībus diſſimilis: ignauus ꝛ ſine
1379 prudentia q totum tēpuſ vite ſue in extrema germania in ocio ꝛ libidibus cōſumpſit: ꝓpter qd 6578
ab electoribus tādem ꝓcurante Roberto bauaro imperio depoſitus ē: Nā idē Robertuſ aiad
uertens imperij dignitatē ꝛ hois ſocordiā ƶelo cōmotus ꝛ vitiorū inimiciſſimus illum deponi
ꝓcurauit: ꝛ ip̄e nolens ſuffectus fuit.

¶ Catherina italica Senarū vrbis Ethrurie oriūda predicatorū tertij ordis ꝓfeſſa virgo ſanctiſſima ac in
numerabiliū virtutū preclariſſima: hoc āno etatis ſue trigeſimo multis patratis miraculis ſpū prophetie
admodū inſignita Ro. deuotōis cā exūs vite ſue finē fecit: atqꝫ ibidē eius ſciſſimū corpus in baſilica de la
minerua ordinis ꝑdicatoꝝ maxima cū populorū frequentia delatū cū celebri deuotione ꝛ reuerētia ſepeli
tur: Quā ſanctiſſimā virginē poſtmodū Pius ſecūdus papa eius cōterraneus āno ſalutis noſtre.1460.
calēdas Maij in ſcārū virginū numero merito aggregauit: que quante ſanctitatis: quanteqꝫ virtut̄ fue-
rit idem pontifex memorabili relatu proſecutus eſt.

¶ Carolus regio genere natus ex Carolo illo q Manfredū Apulie regē ſuꝑauit: exortus hoc āno ab Ur
1380 bano pōtifice cōtra Ioannā reginā in Italiā vocatus Roma ex vngaria cū.8.milibus equitum ad vrba
num ꝑuenit: Indignabat̄ autē Urbanus papa regine: eo ꝙ Clemēti antipape faueret: ꝛ ꝙ Ludouicum
Andaganēſem Frācoꝝ regis filium ad regni ſucceſſionē in filium adoptaſſet: Et ꝓpterea hūc Carolum
virū clariſſimū iādiu in taruiſino bello cognitū (q magnas copias aduerſus venetos ductabat) ex Unga
ria vocauit: Qui ex vngaria deſcēdens tādem in aretinos peruēit: ꝛ eam vrbem Guelphorū ꝛ Gibellino-
rum diſcidio agitatā in deditionē mox recepit: Nec moratus Florentinis aptū bellum intulit. Sed florē-
tini datis.40.milibuſ numū auri pacē redemerūt ꝛ ab eis receſſit: Poſt hec ad vrbanū pontificē Romaꝫ
vadens ibidem paratis ad bellum neceſſarijs mox Neapolim petijt: Captaqꝫ regina: ꝛ ducibus eius ſu-
peratis regnū oē obtinuit: quo obtēto mox reginā interfecit: ꝛ ip̄e deinde ꝗdragintaquattuor ānis regna
uit: Anno deinde ſequēti Ludouico vngarie rege ſine liberis defuncto: cum etiam vngarie proceres regi
ne relicte gubernationem equo animo nō ferrent: Carolum hūc regem accerſiuerunt: q in vngariam pro
fectus cōmuni populoꝝ principūqꝫ fauore regina coronam accepit: Sed non ita multo poſt anno.1383.re
gine dolo interfectus eſt.

¶ Nicholaus Guaſchus ſecūdus genuēſium dux hoc ip̄o anno Dominico Fregoſio duci ſuffectus duca-
uit ānis nouem: vir quidem prudentiſſimus atqꝫ magnanimus paciſqꝫ amator ꝛ procurator: qui cū rem-
publicam in magnis bellorum perturbatiōibus ꝛ diſcriminibus tum cōtra Bernabouem vicecomitem ꝛ
caretinos qui Naulum ꝛ Albrigenam ciuitates occupauerāt: tū etiam cōtra venetos offendiſſet: didiciſ-
ſetqꝫ Petrum Auriam claſſis ſue prefectum in Clugiēſi bello fore interfectum: nec Maruphum auriam
eidem ſuffectum potentie venetorum potuiſſe reſiſtere: quin Clugiam cum magna ſuorum cede redemiſ
ſent: poſtquam venetos ipſos multis incōmodis per eundē Maruphum prefectum perturbaſſet ꝛ Ter-
geſtinos eiſdem rebellare coegiſſet: ac Iuſtinopolim vrbem vi captam incendiſſet: pariqꝫ modo in Hi-
ſtria Polam deſtruxiſſet reipublice ſue cauens hoc eodem anno quo magiſtratum inijt pacem diu ꝑ Ay-
monem Sabaudie comitem inter ipſas vtraſqꝫ partes tractatam ꝙlibentiſſime acceptauit: Qua con-
fecta: ꝛ ſub formula concluſa etiam Albigaunū ꝛ Naulum ciuitates ſuas ſibi a Carethinis ablatas mox
recepit: ꝛ ſimiliter cū eis pacem cōfecit: Indeqꝫ claſſem ꝛ Greciam in ſubſidiū Calo Iannis a Cantacu
ſino imperio pulſi tranſmiſit: ꝛ eum in imperio mox reſtituit: Ip̄e autem quoad prefuit rempublicam pro
viribus in pace cōſeruauit. Eoqꝫ mortuo genuenſis ciuitas ꝓpter guelphorum ꝛ gibellinorūꝫ diſcidia du
ces ex more non elegit: ſed ſe in Francorum regis manus commendauit.

¶ Ludouicus andegauēſis dux ꝛ Caroli Frācoꝝ regis frater: Caroliqꝫ predicti Apulie regis inimicus:
1381 quē diximus a Ioanna ꝛ regina in filiū fuiſſe adoptatū hoc āno ex gallia cū.5.ꝛ.50.galloꝝ eqtū milibus
ꝯ carolū ip̄m ꝛ vrbanū pōti. i italiā vēit: cuius aduētus maxie Florētios ꝛ aretios terruit: eo ꝙ aretini ca
rolo parerēt: ꝛ florētini etiā eidē obſequerent̄: In lōbardiā itaqꝫ ꝑmū deſcēdens a Bernabone vicecomi
te ꝑbenigne ꝛ comiter excipit̄: ꝛ multis mūeribus ab eo donatus ꝛ pecunijs ꝛ cōmeatu hūaniſſime adiu
uatur: ide ꝑ Ethruriā trāſiēs ab exulibus aretinis pulſis vocatus poſt multas cedes vrbē aretiū de mani

bus Caroli acceperũt: ⁊ eidẽ diripiendam illaꝫ cõceſſerunt: In illa.n.vrbis captiuitate eþs ipſius ⁊ Leo
nardus aretinus hiſtoꝛicus puerulus vna cũ genitoꝛe ſuo ⁊ pluribus nobilioꝛibus viris ab exulibus ca-
pti fuerũt ⁊ diu in carceribus maccrati. Captaqꝫ Aretio ⁊ gibellinis cõceſſa Ludouicus Neapoliꝫ pe-
tijt ⁊ biẽnio cum Carolo decertauit: Sed illo tãdẽ in bello interfecto Andagauẽſes milites diſſipati cõ
ſilio ⁊ duce carẽtes expoliati oĩbus bõis bini mẽdicãtes ĩ patriã rediere. Andegauus aũt q Aretium ciui
tatẽ Ludouici iſtius nomine poſſidebat: ĩtellecta ducis ſui moꝛte vrbem floꝛẽtinis vẽdit: ⁊ cũ pecunijs in
patriam ſuam remeauit.

Joãnes Galeacius vicecomes Galeacij Marie filius pꝛimus Mediolanẽſiũ dux patre iam tribus an
nis defuncto diuiſa pꝛimũ iter ſe ⁊ Bernabouem patruum dominatione Mediolani hoc anno cum tota
inſubꝛia in Bernabouẽ patruũ declinare cõcerneret: ⁊ ꝑpter hoc hunc nepotẽ Galeaciũ multis inſidijs 1382
⁊ machinatiõibus vt ſolus regnaret interficerẽ tẽtaſſet: ⁊ ipẽ ſimulata cã ex Papia Mediolanũ ad ipſum
Bernabouẽ viſitatiõis grã adire ſe finxit: ⁊ cũ pꝛopius acceſſiſſet: ipm̃ Bernabouẽ patruum ⁊ ſoceruꝫ ſi
bi obuiam factũ inſidioſe intercepit: ⁊ captum in Tritij arce vſqꝫ ad moꝛtẽ cuſtodiri ꝑcepit: Eoqꝫ captiua
to ⁊ filijs ſuis oĩbus fugatis vniuerſuꝫ mediolanẽſe regnuꝫ obtinuit: ⁊ deceꝫ annis regnauit: cuius potẽtia
cum antea per ſe maxima foꝛet accedẽtibus poſtea Bernabouis opibus foꝛmidabilis oĩbus eſſe cepit: vn
de cũ Antonius Scaliger ⁊ Frãciſcus carrarienſis ſenioꝛ grauiſſimo bello inter ſe decertarẽt carrario in
ſtigante qui aliq̃tulum ſubcũberat ab iſto adiutus Scaliger ſuperatus in deditionẽ venit ⁊ Veronam ac
Vicẽtiam ſuo regno adiecit: Paulopoſt etiã in Franciſcũ ipm̃ ducens tãdem poſt multam obſidionẽ ipꝫ
vna cũ patauina vrbe cõpꝛehendit: ⁊ illũ in Modoecia oppido vinctũ tranſmiſit: ac in carceribus vitaꝫ fi
nire coegit: Indeqꝫ cũ in Ethruriã exercitũ duceret bononiã ciuitatẽ ſuaſiõe Goçadinoꝝ ⁊ populoꝝ nobi
lium Bononiẽſium cõpꝛehendere ſtatuit: ⁊ captis circũquaqꝫ caſtellis tandẽ apud Caſelicbium vicũ flo-
rentinoꝝ ⁊ Bononiẽſium ac alioꝛum cõfederatoꝛum exercitũ pugna cõcerta adeo contriuit vt omnes ipſi
us exercitus ꝑmates captiuauerit: Inter quos fuere Frãciſcus tertius carrarienſis ⁊ Jacobinus eius frẽ
Accius Vbaldinus Jantodeſchus Petrus mala: Bernardinus Facini canis cũ alijs innumerabilibus
Quo terroꝛe Bononia cõcuſſa ipſius iugũ ſtatim ſubijt: captaqꝫ vrbe Joannes Benteuoglius q domina
batur vrbi in fruſtra ab exulibus cõciſus eſt: Pauloqꝫ poſt Senẽſes peruſini Aſiſiani ac piſani ⁊ alij ethru
ſci multi trepidãtes ſeſe vltro ſue poteſtati tradidere. Lucẽſes vero haud multũ a parendo deſtiterunt: q̃
res maximũ floꝛẽtinis incuſſit terroꝛẽ: q pluribus ãnis cõtinuis eius bellũ pertulerãt vbi decies cẽtena ⁊
ducẽta ſex aureoꝝ numũ milia cõtra ipm̃ eos ꝑſoluiſſe fertur: Deniqꝫ ãno dñi.1402.adhuc nihilominus
Galeacius hic cõtra Floꝛẽtinos bellũ acerrimũ cõtinuãs: duriuſqꝫ vrbẽ obſidẽs: cũ nulla amplius ſalutis
ſpes niſi in deditiõe eẽt: parũqꝫ a parẽdo diſtarẽt Galeaciuſ ipẽ apud Melegnanũ agri mediolanenſiſ op
pidum inſperata moꝛte cõſumptus eſt relictis poſt quattuoꝛ filijs: duobus legitimis ⁊ duobus naturali-
bus qbus ⁊ ſingulis regni poꝛtionẽ aſſignauit: vigintinouẽ ciuitates in Jtalia poſſidebat: quarũ nomina
hec ſunt: vꝫ Mediolanũ papia: Monſregalis Nouaria: Vercelle Alba Aquis Alexandria Derdona:
Bobiũ placẽtia parma Rhegiũ Bononia piſa Sena Maſſa Groſetũ Cluſiũ peruſia Aſiſiũ Nuceria:
Ciuitas Belluna Feltrũ Vicẽtia Verona Bꝛixia Bergomũ Comũ Laudꝫ ⁊ Cremona ac Crema.
Fuerat eni hic clariſſimus ꝑnceps ſtatura ꝑcerus: elegãti aſpectu: litteris edoctus ⁊ celebꝛi eloquẽtia cla
rus: ingenio callens ac in agẽdis aſtutus ⁊ ſagax: Duas vxoꝛes duxit: Eliſabethã Boemie regis filiã ex
qua Valẽtinã ſolam genuit filiã: quã Carolo Frãcoꝝ regi matrimonio copulauit: Aliã Catherinã cõſo
bꝛinã ſuã Bernabouis filiã ex qua Joannẽ Mariã Angelũ ⁊ philippũmariã duces ſuſcepit: Hic quippe
cũ ingẽtis aĩ ⁊ potẽtie vir eẽt: poſtq̃.30.ãnis ſub titulo comitatus ꝟtutũ impaſſet ãno.1395. Septẽbꝛi mẽ-
ſe archieþo mediolanẽſi oꝛatoꝛe miſſo ducatus titulũ a Vinceſlao impatoꝛe cẽtũ milibus floꝛenis obtinu
it: ⁊ ꝑ manus ipſius archieþi oꝛatoꝛis eodẽ mẽſe ingẽti põpa ducatus Biretũ ⁊ alia inſignia recepit: vixit-
qꝫ ea ĩ dignitate ãnis.7. Tãta qppe erat eius aĩ magnitudo vt ad impiũ aſpiraret: ⁊ niſi tã cito moꝛte ꝑuẽ-
tus eẽt ad id certe pueĩſſet: Hic ĩ papiẽſi vrbe inter cetera Caſtellũ ſiue regiã domũ ĩcredibili pulchritudi
ne extruxit: ĩ quo tãtã libꝛoꝝ copiã cõtraxit q̃tã alibi me vidiſſe memini: lepoꝛariũqꝫ cõtiguũ muris cin-
ctum iuxta illud cõſtituit: in quo mõaſteriũ ſuperbiſſimum oꝛdini cartuſienſium toto oꝛbe celeberrimum
conſtruxit atqꝫ dotauit: vbi ⁊ coꝛpus ſuum tumulandum ex teſtamento legauit: Eius autem moꝛs totius
Lombardie excidium ⁊ ruina fuit: vt infra patebit.

Michael maurocenus tertius ⁊ ſexageſimus venetoꝛum dux inde moꝛtui Andree contareni ducis lo-
co ſuffectus ducauit mẽſibus quattuoꝛ: Vir ingenio ⁊ animi magnitudine inſignis: De quo tamen nil me 1383
moꝛie dignũ in ſuo magrãtu habemus cũ eodẽ anno ex peſte abſumptus fuerit: Eius autem coꝛpus apd
ꝑdicatoꝛes in maioꝛi capella ſepultũ fuit: In cuius ſepulchꝛo marmoꝛeo hoc epigrãma inſculptũ extat.

Inclita vitales Michael quem duxit in auras.
Mauroceña domus venetoꝛum quibus ⁊ ingens
Spes erat alta parens intercepit ardua fatum:
Cepta ducis virtute potens fuit enſis acutus.
Juſticie moꝛiens patrie per ſecula luctus.

¶ Antonius venetus quartuſ ⁊ ſexageſimus venetorū dux hoc eodē anno Michaele predicto duce ſubla
to duodecimo die menſis Octobris abſens cōibus ſuffragijs eidē ſuffectus ducauit annis.18. vir quidez
conſilio illuſtris: ſed prudētia ⁊ animi circūſpectione illuſtrior: Qui cū vniuerſa ferme Europa ⁊ ſciſma-
tibus ⁊ ſeditiōibus plurimū fluctuaret ipſe ſua prudētia Senatū populumqꝫ venetum quoaduixit a qui
buſcunqꝫ malis expertē fecit: Verū cum Joannes Galeacius viecomes Mediolani dux Francoꝝ gon-
çage mantuano bellū indixiſſet ip̄e ex federe Carolū malateſtam in auxiliū miſit qui Galeacij exercitum
apud Gouernolū oppidum turpiſſime profligauit: reliquā autem ip̄ius rempub. maxima in pace conſer-
uauit: Deniqꝫ omni vita integer cōprobatus poſteaꝙ̄ egregie ac magnifice multa edificaſſet: ac Clugiam
a genuēſibus dirutam reſtituiſſet decimooctauo magiſtratus ſui anno mēſe primo plenus dierum dormi-
uit cum patribus ſuis: ſepultuſqꝫ ex mādato ip̄ius in baſilica predicatorum.

¶ Calo Joānes cōſtantinopolitanus imperator Andronici paleologi imperatoris filius hoc āno ob ma-
ximas ip̄ius filij diſſenſiones a Cantacuſino greculo nobiliore per arma ex regia pulſus ope Franciſci
Gathelluſij genuēſis imperiū recuperat: Quamobrē idem imperator Franciſco eidem ingratitudinis ſi-
1384 gnum Mitilenē inſulā dono tradidit: atqꝫ alios theſauros plurimos condonauit. Fuerat tamen antea
Calo Joannes Genuenſibus infenſus ꝙ cōtendētibus inter ſe genuenſibus ac venetis ipſe Calo Joan
nes venetis fauit: ⁊ vna cū illis Perā genuēſium vrbem ⁊ Coloniā oppugnare adiuuit: contra quē An-
dromicus eius filius cū eēt eidē pr̄i ⁊ venetis hoſtis auxilio turcoꝝ ⁊ bulgaroꝝ pugnā obtinuit: ac vrbez
defenſauit: quo terrore patrē eo deduxit ꝙ i genuēſiū partes ſtati trāſiret: quāobcām rex ei bene ceſſit.

¶ Mitilene itaqꝫ inſula q̄ alio noīe Leſbos appellatur: de qua ſupra li.3. dictū eſt hoc anno in Frāciſcum
Gathelluſium genuenſez Calo ioanne idē imperatore cōcedente deuenit: in cuius poſteris poſtea vſqꝫ ad
annū domini.1464. per nonaginta ānos feliciter perdurauit: Quo anno vt ſupra dictum eſt Mahume
tus othomanus Turcoꝝ princeps poſt captā Conſtantinopolim vi cepit: ⁊ maximo cū xp̄ianorum dede
core ⁊ ſtrage in ſuā poteſtatem redegit: Hec quippe ciuitas ab inſula nomē accepit: oībus bonis ⁊ rebus
inſtructa eſt: Duos portus habet: quoꝝ vnus clauſus erat quadraginta triremiū capax. Dicta nanqꝫ fuit
Mitilene a Mitilena Macharei filia q̄ tēpore diluuij Deucaliōis in eā prima aduenerat: quod qdez no
men in tēpus hoc vſqꝫ ꝑmanet: inſula tamē Leſbos appellata fuit: quia in ea idē Macharius vtilē valde
legē edidit: quā leonē ab eius robore appellauit: Pelaſgi greci ab initio ṗores ip̄am habitauere: cū adhuc
ſtaret Troia poſtea Eoles ſucceſſerūt. Deinde perſarum imperij ſubijt: poſtea Macedonum ac deniqꝫ
Romanoꝝ: Cūqꝫ Romana reſpublica in Cōſtantinopolim tranſlata fuiſſet ſub grecoꝝ imperatoꝝ ma
nus vſqꝫ ad tēpus iſtud fuit: poſtremo in Gathelucijs: ac vltimo iam.xx.ānis ad turcos deuoluta eſt.

¶ Ladiſlaus Caroli regis predicti filius hoc āno patre in vngaria ab regina veneno ſublato eidē in Apu-
lie regno ſuccedens regnauit annis.29. Hunc mater regina puerulū inter multas difficultates educaue-
rat: Qui cū adoleuiſſet vngarie regnū ſuſcepit: Sed ibi cū res parū proſpere ei ſuccederent expeditione
non pauca ſuſcepta: ⁊ Jadera de regno occupata Venetis vendidit: ⁊ cuꝫ pecunijs in Jtaliam venit: vbi
per Albericum Cunij comitem belli ſui ducem Apulie regnum obtinuit: atqꝫ eo purgato paulopoſt eiuſ
in manus in integrum redegit: Quibus geſtis cum ingentis magnanimitatis ⁊ prudentie eſſet vir: atqꝫ
omnium regum potentia ⁊ rerum proſperitate omnibus per circuitum formidabilior euaſiſſet etiam pon
tifici Romano ſuſpectus eſſe cepit: Qui cum Albricum Cunij comitem magnū Comeſtabilē in Neapo
li creaſſet ⁊ conſtituiſſet nō amplius per prefectos: ſed per ſemetip̄m exercitus ductare voluit: Unde ⁊
poſt mortem Galeacij ducis Mediolani Peruſiam ⁊ alias Latij ciuitates multas in fidem recepit: Sed
⁊.xx. regni ſui anno per amicitie ſpeciem Romam ingreſſus Romanos in Bonifacium nonum pontifi-
cem ad arma concitauit: Quibus in cōtentionibus: vt Leonardus aretinus ſcribit vndecim e primarijs
ciuibus per Ludouicum pontificis nepotem intercepti ⁊ occiſi ſunt: Quamobrem perterrefactus pōtifex
ſtatim cum omni curialium turba Viterbiū fugit: Poſt hec etiam Gregorio duodecimo pōtificante idem
rex per pontificis abſentiaz Romā occupauit: Quapropter pōtifex illū regni titulo priuauit: ⁊ Ludouico
Ludouici Andegauenſis filio regnum conceſſit: Verū Joanne vigeſimotertio pontificante ab ip̄ius io
annis pontificis ducibus profligatus fuit: ꝙ ſi (vt ip̄e aiebat) hoſtis prudentia ⁊ victoria vti ſciuiſſet: toti-
us regni poteſtatem habuiſſet. Poſt hoc autem varia fortuna inter pontificem ⁊ regem ſemper fuit: quia
modo pacem modo bellum habuerunt: Hac tamen de cauſa Cortonam vrbem Florentinis vendidit:
Sed etiam dum Florentinos reliquaſqꝫ liberas ciuitates per vim ſibi ſubdere ſtatuiſſet: morbo in Peru
ſia contracto Neapolim profectus eſt: vbi meliuſculus factus: poſtea ex veneno procuratione florentino-
rum (vt aiunt) ſublatus eſt: cum perſepe id a ſuis tentatum fuiſſet. Abutebatur enim: vt fertur cuiuſdam
medici ſui adoleſcentia pulcherrima: quam cum ſumme diligeret perſepe ad eam ventitabat: Quod cum
genitor cognouiſſet: Florentinorum oblationibus corruptus regem cum filia hoc modo intoxicauit: ip̄e
enim medicus pater filiam ad ſe vocatam blandis allocutus eſt verbis: Placet inquit filia mi ꝙ me auuꝫ
ſobole regia facere ſtudeas: Jtaqꝫ ama illum: Jlliqꝫ ſerui ac cura ſummopere: vt redcameris: Quanꝙ̄
ſi tu mihi obtemperaueris faciam vt te nil carius habeat: Et hoc modo filia mi te ⁊ omnes nos bea-
bis. Placuerunt itaqꝫ adoleſcentule verba hec: Jlleqꝫ venenum: quod Medici Neepellum vocant

puelle in panniculo tradidit: iuſſitq; cum a rege foret comprimenda vuluam eo medicamine leniret: pu-
ella itaq; paternis conſilijs obtemperans ſe regemq; eo medicamine mox interfecit: Atq; ita nec impu-
dicã pater habuit filiã: neq; multũ paſſus ẽ abire regẽ: hoc ideo hic ſcribere voluimus: vt hinc oẽs luxuri
oſi pꝛincipes ⁊ gcũq; alij diſcãt nil eẽ tutius cõtinẽtia: nil periculoſius q̃ veti ius cõcubitus.

¶ Sigiſmũdus qui poſtea auguſtus ⁊ impator fuit: hoc ãno Ladiſlao pꝛdicto ex vngaria armis pulſo ipſum
Vngarie regnũ vocatus ſuſcepit: ⁊ vſq; ad impij ſuſceptionẽ.25.ãnis regnauit: vir certe bellator ⁊ reipu
blice xpiane acerrimus ꝓpugnator ac defenſor: q.12. regni ſui anno exercitu grãdi congregato videlz theu
tonicoꝝ galloꝝ vngaroꝝ ⁊ vandalorum cũ.xxv. milibus eqtibus cõtra turcos: q ad ſummã ducẽtoꝝ mili
um tã equitũ q̃ peditũ aſcẽdebãt ꝓfectus ẽ: qui cũ multa ꝓlia inter ſe cõſtituiſſent: tãdẽ xpianis ex pauci-
tate durior fortũa exñs ad.xx. milia eoꝝ interfecta ſunt: ex turcis aũt ſexaginta milia trucidata fuerunt.

¶ Templũ maius Mediolani hoc ãno iuſſu ⁊ ſuaſiõe Joannis Galeacij ducis in honorẽ btẽ Marie vir-
ginis incredibili ac indicibili ꝓpe tũ impẽſa: tũq; artis elegantia ſolido marmore inſtaurari ceptuz eſt: qꝺ 1388
inter xpianoꝝ tẽpla pꝛincipatũ tenere videt: qꝺ certe noſtra etate mirũimmodũ auctum eſt.

Bonifacius huius nois.9. papa natiõe Neapolitanus Petrus Tomacellus ãtea vocatus Vrbão
põtifici ſurrogatus ſedit ãnis.14. ⁊ mẽſi.9. Hic dũ pontificatus munus ſuſcepit.34. etatis anno Pap.212.
rum fuiſſe tradũt: ſed iuuẽtutẽ ſuã oibus in rebus totoq; põtificatu ſuo cũ ſenectute permutaſſe vi
6579 ſus ẽ. Et ſi ſcie minus peritus eẽt: hõe tam cõditiõis: magneq; prudẽtie: maximiq; tũ animi tũq; cõ 1390
ſilij põtifex fuit: primus enim vim omnẽ populi Ro. in pontificẽ tranſtulit creatus ſuo nutu magiſtratibus
⁊ munitis vrbis fortilicijs: Jnde decimo ſui põtificatus anno ex Aſſiſio vbi multis annis cõmoratus fue
rat Romã regreſſus Jubileũ celebrauit: Ac poſt cupidus augẽde eccleſiaſtice pꝛimus ditionis eccleſiaſticis
bñficijs Anatharũ vſum impoſuit: hac. ſ. cõditiõe vt q beneficiũ conſequeret dimidiũ annũ ꝓuentus apo
ſtolice camere pſolueret: Ladiſlaũ pterea adoleſcẽtẽ in paterno regno collocauit: ⁊ per cardinalẽ Florenti
num apud Caretã coronari fecit: Quo in regno cõfirmato plurima edificia in Hadriani mole ⁊ in capito
lio: necnõ ⁊ in vaticano palacio fieri fecit. Brigidã etiã Suetie virginẽ clariſſimã ſcãꝝ cathalago aſcripſit
q̃ ſuo tẽpore ad dñm migrauerat. Studiũ generale Ferrarie ditiõis ſue ciuitati rogatu Alberti Eſtenſis
marchionis conceſſit. Verum hic ꝓpter rerũ perturbationes multas animi affectiones pertulit: vnde eti
am laterum dolore perſepe afflictus vitam cum morte mutauit: Cuius corpus apud ſanctum Petrum in
ſepulchro marmoreo ſepultum fuit: Huic certe ad ſummã gloriam nil defuit: niſi q nimiũ cognatis ⁊ affi
nibus in dandis beneficijs per fas ⁊ nephas: atq; in diſcretis indulgentijs aſſentiens aliquam infamie
notam ſibi conquiſiuit.

¶ Antonius Adcenus patricius genuenſis tertius genuenſium dux: hoc anno Nicolao duci cõmunibus
ſuffragijs ſuffectus ducauit annis.x. Vir magne prudentie: maximeq; auctoritatis princeps: qui rempu-
blicam ſuam quoad potuit ſumma cum iuſticia ⁊ pace: ac concilium ſuorum concordia gubernauit: et non
modo inter ſuos pacem ſeruauit: ſed etiam inter Galeacium vicecomitem ducem ⁊ florentinum populuz
ab eodem Galeacio duriſſime preſſum ſumma cũ prudentia pacẽ cõponere procurauit.

¶ Aymo Sabaudienſium comes vir omni virtutum genere illuſtris: hoc anno poſt innumeras virtutes
a ſe geſtas apud Pinarolium pedemontium oppidum diem obijt: relicto Amedeo vnico filio ex Violan- 1391
te vxore ſua Theodori Montiſſerrati marchionis filia ſuſcepto herede: Qui Aymo vir preclariſſimus:
cum apud omnes Jtalie potentatus maximo haberetur in precio lites permaximas multis in locis extin
xit: ⁊ pacem prout decet chriſtianum principem cum omnibus compoſuit: ⁊ quãmaxime inter Venetos
⁊ Genuenſes Ludouicũq; vngarie regem: ⁊ Aquilegienſem patriarcham: ac Franciſcum carrariuz: nec
non ⁊ Bernabouem vicecomitem: ac etiam carethinos digniſſime compoſuit: propter quod ⁊ ingentem
laudem: reuerentiam ⁊ beniuolentiam ab omnibus promeruit: quod vtiq; in eius exequias monſtratum
eſt: quia omnes potẽtatus: omniſq; ciuitas ⁊ fere oppidum: oratores ad ipſos honorandos ⁊ legatos mi-
ſere: Jnter quos Joannes Galeacius Mediolani dux: Joannem Suardũ Bergomẽſem equitez ſtren
nuum ſuo nomine deſtinauit: quem ob virtutum ſuarum inſignia precipuum ſibi conſiliarium: ac ſecre-
tarium ipſe delegerat.

¶ Stephanus Bauarie dux: ad quem Franciſcus carrarius iunior confugerat: hoc eodez anno e Germa
nia a Florentinis contra Galeacium vicecomitem vocatus magno cum exercitu in Jtaliam venit: Qui pꝛi
mo aduentu vna cum eodem Franciſco Patauium clanculum ingreſſus vrbem a Galeacio poſſeſſam in
fidem Franciſci preter arcem redegit: quam cum oppugnare cepiſſet: a Florentinis mercede fraudatus
ab oppugnatione deſtitit: Ac ſic indignatus cum nil memorabile facere potuiſſet: re infecta inglorius
in Germaniam redijt.

¶ Jacobus Armeniaci comes eo etiam anno a Florentinis mercede conductus cum viginti milibus equi
tum in Jtalia per Cyniſij montis deſcendit: ⁊ mox in Alexandrinum agrum veniens: Caſtellacium op-
pidum cum maximo impetu cepit: ceptũq; diripuit ⁊ euertit: Quo audito eueſtigio Jacobus Vermes
copiarum Galeacij dux eidem occurrit. Sed viſa hominis potentia intra vrbem Alexandriam ſe
continuit. Armeniacus autem ſuam volens experiri potentiam in die ſancti Jacobi octauo calendas
menſis Auguſti vrbem diu oppugnauit: Deniq; laſſus cum ad tentoria reuerteretur a tergo ab Jaco-

bo verme inſecutus cunctū exercitū diſſipauit: ⁊ ip̄m Jacobū comitē vulneratū cepit: ⁊ in Alexādria vr-
be cū innūerabilibus captiuis ꝑduxit: q ⁊ vulnere ⁊ dolore aī die ſequēti vitā exalauit: In eo aūt conflictu
tāta galloꝝ fuit cedes vt nūerus nō referat̄: ſex v̄o eqtū milia capta referunt̄: Inter quos Raynalduſ lam
figliarius ⁊ Joānes Ricius florētini eqtes fuerūt: q eūdē Jacobū cōducebāt: Eo tunc omnis florentino
rum contra Galeacium deperijt ſpes.

Franciſcus iunior carrarius ſenioris Franciſci filius q ſuperioribus annis ad Bauariū ob timorem Ga
leacij vicecomitis cōfugerat: hoc āno ſollicitātibus florētinis ⁊ fauētibus venetis mutata veſte patauinā
ſecreto ingreſſus vrbē adiuuātibus ſuis p̄ter arcē obtinuit: ac paulopoſt adiuuāte ēt Joanne haucuth bri
tonico florētinorū copiarū duce arcē captā regnauit annis.15. nō tamē magna ſine trepidatiōe fuit: quoad
Galeacius ſupuixit: Sed eo e medio ſublato: cuius arma plurimū extimuerat in magnā ſpē ſue augēde di
tionis ſtati venit: eo maxie: q a ꝓpter eius mortē oīa ad arma reſpiciebāt: ⁊ ꝓpterea callide Gulielmū Sca
ligerū cū filijs Brunoro ⁊ Antonio Veronā introduxit: ⁊ vrbē ſibi ſubijcer̄ fecit: qbus in regno cōfirma-
tis paulopoſt eos de medio ꝑ mortē abſtulit: ⁊ Verona optata potitus ſuo regno adiecit: Munitaq̄ fir-
miſſimo p̄ſidio verona ⁊ iacobo fratri ſeu filio cōſignata etiā Brixiā occupare tētauit: Sed a Jacobo ver
me ⁊ iacobo de cruce: ac Ottobono de tertijs ducis Mediolani cōmilitonibus repulſus ad alia reſpicē
coegerūt: Indeq̄ re infecta recedēs in vicētinos iā ditionis venete exercitum duxit: cui ſtatim Michael
venetoꝝ dux ⁊ ſenatus tybicinē ex more mittēs rogat: ne vicētinos vectigales ⁊ ſubditos ſuos bello attin
gat: alioqn Senatū venetū haberet inimicū: Sed Frāciſcus probris ⁊ minis binis vicibus tybicinē reij-
ciens in Vicētinos durius crudeſcere cepit: Quāobrē indignati veneti cū Franciſco gonçaga fedus per
cucientes cōtractis vndiq̄ copijs: Frāciſcū ip̄m oium copiarū ſuaꝝ generalē ducē cōtra Carrariū con-
ſtituerūt: Qui repētino impetu cū exercitu Veronā accedēs ip̄am cōcedēte mediolanēſi duxiſſa tandē ce
pit: ⁊ capto Jacobo carrariēſi venetis ſubiecit: ac ip̄m iacobū vinctū Venetias trāſmiſit: Inde in Pataui
um oi quo poterat exercitu ducēs: vrbē oibus rebus imunitā obſedit: ⁊ interclusis vndiq̄ commeatibus
poſt aliquot mēſes cū opp̄ſſa eēt fame ⁊ peſte grauiſſima ac cōtinuis oppugnatiōibus Galeacius Gonça
ga Frāciſci gonçage frater ignorāte Carrario ꝑ portā ſancte crucis ſibi a ciuibus aptā copias introduxit
⁊ caſu Carrariū reperiēs pacificis verbis cōuenerūt: ⁊ iureiurādo ꝓmiſerūt: vt Galeacio gonçage caſtri
dominio cōceſſo ip̄e carrarius ad Senatū ꝓ miſericordia ipetrāda cōmigraret: ⁊ ſi quod volebat ipetraſ
ſet: ciuitas ip̄ius eēt: Sin autē regrediēs in p̄ſtino ſtatu reſtitueret̄: His igit̄ cōpoſitiōibus Carrarius cū
Frāciſco tertio filio ad Senatū in veſte humili acceſſit: a quo nullā miſericordie grām ꝓmeruit: ſed mul
tis obiurgatiōibus ⁊ improperijs mulctatus ī carcerē cū filio recludi iubet̄: Et ſtati miſſis cōmiſſarijs ci-
uitas noie ſenatus occupata ē: q̄ reſ Galeacio gonçage impatori ꝓpter iuſiurādū moleſtiſſima fuit: Frāci
ſcus aūt poſtmodū ſtrāgulatus ignominioſe ſepultus fuit. Filij v̄o quo mortis genere perierint non ha-
betur. Superfuerāt tn̄ eius duo filij: vz Vbertinus ⁊ Marſilius q an̄ captiuitatē vrbis ad Ethruſcos
cōfugerāt: Ac ſic āno dn̄i.1406. quarto calēdas decēbris veneti Patauiū obtinuere: ⁊ due potētiſſime ac
illuſtriſſime familie: ſcilicet ſcaligerorum ⁊ carrariēſium: propter eorum diſſenſiones ſue diuturnitatis ⁊
⁊ potentie vno quaſi tempore finem acceperūt: Qui in Verona ⁊ patauio per annos multos maxima cū
gloria imperij ſceptra tenuerant.

Apianenſium apud plumbinum principatus initium.

Jacobus apianēſis publicus piſanoꝝ ſcriba q multos ānos queq̄ ſecretiſſima q̄ i ea vrbe agebātur tra-
1392 ctauerat hoc āno petrū gabacurtā ciuitatis p̄ncipē ꝑ inſidias cū filijs intercipiēs dn̄iū vrbis ſibi deſūpſit
⁊ quattuor ānis regnauit: Quo mortuo cū gerardus eius filius q in p̄ncipatu p̄ri ſucceſſerat: vrbē i pote-
ſtatē ſibi retiīē nō poſſet: poſt tertiū ſui principatus annum ipſam Galeacio vicecomiti duci Mediolani
vendidit: ⁊ cū pecunijs in Plumbinum ſue ditionis oppidum ⁊ inſulam ſe tranſtulit: ⁊ ſibi ſuiſq̄ ſucceſſo
ribus vſq̄ in preſentem diem illud conſeruauit.

Pax inter Galeacium vicecomitem ⁊ florentinos a iacobo verme oppreſſos: hoc anno procurantibus
Bonifacio pontifice ⁊ Antonioto Adurno genuenſium Duce apud Genuam vrbem ſuam equis condi-
tionibus.25. die menſis Januarij compoſita fuit.

Jacobus eques ſtrennuus ex vetuſta celebriq̄ ſuardorū Bergomenſium familia natus hoc anno cum
Galeacius vicecomes ⁊ Muli dux Senā Ethrurie vrbem ſuo ſubieciſſet imperio eidem vbi interceden
1393 tibus ciuibus Senator deſtinatur: quam quidem dignitatem tanta cum prudentia: tantaq̄ cum comita-
te: humanitateq̄ ac iuſtitia omnium iudicio per annos multos adminiſtrauit ⁊ exercuit: vt eo tandem re
cedente Senenſes oēs tanquam omnium parentem non ſine lachrymis ſuum pati potuerunt diſceſſum:
Erat enim apud ip̄m Galeacium propter vite integritatem atq̄ prudentiā ſummo exceptuſ honore adeo
vt nil ageretur ſine eius conſilio.

Gaſparinus Foreſtus proauus meus vir domi nobilis ⁊ animi virtute integer ac viribus fortis hoc eo
dem anno quarto nonas Januarij hora ſcilicet ſecunda noctis e Sebino lacu domum rediens vna cum
Marchione eius filio ⁊ nonnullis alijs de foreſtis haud procul a ſue habitationis domo emulatione qua
dam infenſus: cum enermis penitus eſſet: per inſidias interceptus ⁊ obtruncatus eſt: Cuius anima: ob-
ſecro vt quieſcat in pace.

Benedictus eius noīs.13.adulterinus papa hoc anno Cleme͂ti pōtifici apud Auinionē in Sci- Pap̄.13.
ſmate ſuffectus ſedit ānis.21.vſqꝫ ad Conciliū Conſtātie:qui Petrus luna antea vocatus fuit
de quo infra:cum de Conſtantie conſilio tractabimus multa oportunius dicetur.
6595 ¶ Nicholaus Eſtenſis admodū puerulus hoc āno Alberto p̄re calēdas auguſti defuncto in 1394
Ferrarie dn̄io cōſentiēte Bōifacio pōtifice ſub tutoribus ſuccedēs regnauit ānis.47.Quē cū
Accius ⁊ ip̄e eſtēſi familia natus iā pridē e patria a patre pulſus tanq̄ ſpuriū ⁊ illegitimū deturbare ſtatu 1394
iſſet vt in patriā ⁊ regnū ip̄e rediret:tutores vt decet ſumptis armis auxilio venetoꝝ ⁊ bononiēſiū ac Flo
rentinorum multorūqꝫ alioꝝ ip̄m Acciū patria ſūmouerūt:⁊ tādē captum in Cretā relegauerūt.Hic ita-
qꝫ puerilibus ānis exactis adeo in oībus inſignis euaſit:vt ei ad ſummā gloriā nihil p̄ter lr̄aruꝫ ornamēta
defuerit:vrbē eni paulo an̄ caſū cōflagratā digniſſime reſtituit:⁊ infinitis ꝓpemodū edificijs illuſtrauit:
Othū tertiū tyrānū crudeliſſimū ſibi infenſiſſimū p̱ Sfortiā cotignolā apud Ruberā oppidū prudētiſſi-
me obtrūcare fecit:⁊ Mutinā vrbē ſuā a cōtinuis eius direptiōibus ⁊ incēdijs liberauit:Rhegiū Lepidi
⁊ Parmā ciuitates ab eodē tyrāno poſſeſſas ſuo regno adiecit:Indeqꝫ regnū ſuū multis ditiōibus ⁊ op-
pidis auxit:Ziliolā filiā Frāciſci iunioris Carrariēſiū vxorē primo duxit:ob cuius affinitatē ꝓ tutela ſoce
ri ſui a Senatu veneto duriſſimū bellū per annū ſuſtinuit:Et demū pace cōfecta reſtituere Rodigiū oppi
dū captū cū policino opus fuit:tāte eni magnanimitatis fuit:vt.43.regni ſui āno cōciliū gn̄ale xp̄ianoruꝫ
ab Eugenio pōtifice indictū ſplēdidiſſime ſuſcip̱e voluerit:In quo Joānes paleologus Cōſtātinopolita
nus impator ⁊ ipius patriarcha cū innūerabilibus tā grecis q̄ latinis affuere:pp̱ qd̄ in imēſuꝫ vrbē ſuam
⁊ edificijs aliiſqꝫ ornamētis tā extra q̄ intus auxit:Edificauit eni inter cetera i vico ſtellata arcē munitiſ
ſimā:⁊ ex oppoſito in Ficarolo aliā celeberrimam ſup̱iori āno a venetis p̱.50.dies quaſſatā:vbi ⁊ cathe-
nam ex vtriuſqꝫ arce trahi voluit:qbus p̄ſidijs ipſe padi itegri ⁊ vtriuſqꝫ eius ripe clauſtra cōmuniuit:⁊
defenſari voluit:Innūerabiles p̄terea alias domos p̱ ferrariēſē ditionē extruxit:Sed q̄ apud Belreguar
dū in vico Vicoeria edificauit oībus Romāis equipari p̄nt:Multos.n.hic p̄clariſſimus marchio ex pel
licibus genuit filios:inter quos fuere Leonellus ⁊ Borſius eius i regno ſucceſſores p̄ncipes certe huma-
nitate:liberalitate ⁊ prudētia p̄ri p̱ſimiles:Antiqtate deniqꝫ ⁊ ſenio cōfectus poſt çiliolā carrariēſeꝫ aliam
ex marchiōibus Salutij duxit vxorē ex qua ēt liberos ſuſcepit:Herculē nūc Ferrarie ducē:⁊ Sigiſmun-
dum nūc extātē virū oi vrbāitate ⁊ liberalitate preclarum:Tandē bōis omnibus ornatus.56.vite ſue āno
apud Mediolanū deficiens Ferrariam delatus apud ⁊.ſanctum Franciſcum in ſepulchro maiorum
ſuorum ſepelitur.

¶ Pax iterum inter venetos florentinos carrarienſes eſtenſes ⁊ gonçagas ex vna parte:⁊ ex altera ducem
Mediolani:Joannem Galeacium a Bonifacio pontifice ⁊ Michaele Sten:ac Petro cornario venetis 1398
procurata in ciuitate papie pridie calen.Julij confecta eſt.

¶ Viri bello excellentes.

¶ Joānes haucut illuſtris britānicus eques florētioꝝ copiaꝝ cautiſſimus ⁊ fortiſſimus imperator:quo du
ce florentini q̄maxime in rebus bellicis longo tempore vſi fuerant hoc anno poſt longam militiam ⁊ ma- 1398
gnam rei militaris gloriam apud Florentiam diem obijt.

¶ Jacobus vermes patria veronēſis:vir bello inſigniſſimus hiſdē tēporibus in precio magno extitit q cuꝫ
Galeacij vicecomitis rem ab imminētibus periculis multis fortitudine ⁊ cōſilio pluribus ānis tutatus fu
iſſet:⁊ Armeniacum comitem predictum apud Alexandriam cum maximo exercitu aduerſus ducem ve-
nētiꝫ profligaſſet:⁊ ip̄m Armeniacū maxia de ſuis cede edita cū innūerabilibus militibus captiuaſſꝫ:ac
Joannē haucut perſepe fugaſſet:ad remunerationis ſignū a Galeacio ipſo duce Bobia vrbe:⁊ Vogera
oppido donatus eſt:⁊ multis preconijs ab eodem euectus eſt:Hic patrem Luchinum vermem habuit:q
Cretam inſulam ſuperioribus annis venetis rebellem ſua virtute recepit:⁊ veneto reſtituit imperio:ac de
inde in turcos miſſus cōtra hoſtes viriliter pugnans tandem cecidit.

¶ Viri diſciplinis excellentes.

¶ Hemanuel chriſolora patria cōſtantinopolitanus vir domi nobilis:ſed oi doctrina ac virtutibus oībus
nobilior atqꝫ preclarus hiſdem temporibus Conſtantinopoli a turcis turpiſſime obſeſſa profugus vene-
tias venit:⁊ litteras grecas ibi docere cepit:que iam ſeptingētis annis apud noſtros conticuerant:⁊ hinc
grece latineqꝫ littere quaſi ſemimortue per iſtū reuiuiſcere ceperūt:Hic itaqꝫ cū in Italiam veniſſet:p̄mo
apud Venetias multos adoleſcentes grecaſ docuit lr̄aſ:Indeqꝫ a Florētinis publico ſalario vocatus plu
rimos ibidē habuit diſcipulos:iam ab Joanne Rauenate uiro doctiſſimo in bonis litteris latinis edoctoſ
Inter quos fuere Leonardus aretinus paulus Strocia Robertus Ruffus:Petruſpaulus vergerius:
Juſtinopolitanus Omnebonus vicentinus Guarinus veronenſis Carolus aretinus Ambroſius mona
chus camalduenſis:pogius florentinus:Franciſcus barbarus venetus:Franciſcus Philelphus tolenti-
nus:⁊ Jacobus angeli florentinus:qui iam etate prouectus ardore addiſcendi ip̄e auctor fuit:vt Floren-
tie conduceretur:indeqꝫ curiam Romanam cum ſecutus fuiſſet:⁊ apud Conſtantiam vbi generale con-
cilium celebrat̄:acceſſiſſet:⁊ predicti diſcipuli fere oēs dulcedine verboꝝ ſuoꝝ allecti eū ſequi voluerunt:
Hic aūt ⁊ ſi oi ſcientia edoctus fuerit:aliquid tamen quod ſciamus ſcripto non reliquit.Conſtantie auteꝫ
deficiens a pogio florentino melliflua oratione honeſtatus eſt.

¶ Joannes Rauenatus grāmaticus ⁊ rhetor loculētiſſimus his tēporibus floruit vir certe maximi ingenij ſingulariſſime doctrine: q ut Leonardus eius diſcipulus teſtat̄: primus fuit a quo eloquētie ſtudia tātopere longo poſtliminio in Italiā ſunt reducta: Hic cū a Frāciſco petrarcha egregie edoctus fuiſſet: ⁊ ipſe predictos omnes viros excellentiſſimos habuit diſcipulos.

¶ Vincētius cathelanus ordis p̄dicatoꝝ declamator ⁊ theologus celeberrimus ex Valentia vrbe natus: hiſdē tpibus nō mō celebri doctrina: ſed ſingulari ſcitate inſignis fuit: q cū predicatiōis dono plurimū illuſtratus fuiſſet: quoad vixit eccleſiā dei p̄dicando docēdo ⁊ monēdo nō mō verbis ſed ⁊ exēplis adiuuar̄ nō deſtitit: ⁊ cū i morte ⁊ poſt mortē plurimis claruerit miraculis: Calixtus tertius pōtifex eius cōpatriota āno dn̄i.1455.caſobres i ſcōꝝ ɔfeſſorum nūero eū aggregauit ⁊ eius feſtū nonis aplis celebrari iuſſit.

¶ Frāciſcus martini ordis carmelitarū theologus celeberrimus p hoc ipm tps in precio exn̄s cū multos erudiſſet diſcipulos ad agitādū intellectū libꝝ de cōceptione virginis Marie compoſuit.

¶ Nicolaus eximij nois medicus natiōe florētinus p hec tpa exn̄s in oi medicia grāde opus cōpoſuit: qd ex veteribus ⁊ doctis medicis accurata lucubratione extraxit: Deniq₃ Florentie poſt multas curationeſ anno domini.1412.

¶ Marſilius patauinus medicus p̄clarus ⁊ ipe multaꝝ reꝝ cognitiōe iſignitus cū q̄daz edidiſſet: multos ſcriptores ingenio ⁊ ſubtilitate precelluit: ⁊ ſuā patriam doctrina ⁊ fama exornauit.

¶ Baldus peruſinus p̄cellētiſſimus legiſperitus Bartholi Saxoferratēſis diſcipulus: ⁊ ipſe vna cū Angelo ⁊ Petro germāis hec ipſa tēpora clariſſima reddidit: q cū poſt magiſtrū ſuū in iuribus ciuili ⁊ pōtificio obtineret principatū infinita ꝓpe edidit libroꝝ volumina. Sup toto eni iuris ciuilis corpe pegregie ɔmētatus ē. Inſup ⁊ in 2m. decretaliū ac feudis ſcripſit: Additiōes ad Speculū cōpoſuit: Atq₃ clariſſima cōſilia poſt ſe reliquit: Tādē ob doctrine p̄ſtantiā a Philippo Mediolanēſiū duce publico ſalario Papie vocatus anno dn̄i.1423. mēſe aprili ibidē defunctus apud fratres minores ſepelitur.

¶ Angelus autem eius frater nō minoris ingenij ⁊ doctrine doctor ⁊ ipſe ſuper totu₃ corpus iuris ciuilis cōmentarios edidit celeberrimos: ⁊ vno eodemq₃ anno cum Baldo defecit.

¶ Bartholomeus de Saliceto iuriſconſultiſſimus per hoc tempus floruit: ⁊ in legibus nōnullos cōmentarios cōpoſuit: Is cū apud Albertum Eſtenſem Ferrarie marchionem in precio eſſet cum ipſo egit: vt a Bonifacio pontifice priuilegiū conuocandi ſtudium in Ferraria obtineret.

¶ Dealbatorum religionis principium.

¶ Mirabilis populoꝝ motus hoc āno in tota Italia factus ē: Nā ois fere multitudo i ciſalpina gallia vno motu veſtes albas ⁊ lineas ad pedes vſq₃ ꝓtenſas cū caputijs inſtar religioſoꝝ capaꝝ: qbus facies velle
1399 bant induit: Qua cōmotiōe ⁊ nobiliores femine ſimul ⁊ viri ⁊ p̄ncipes epi clericiq₃ ac religioſi cuiuſcūq₃ ordinis ducti incredibili deuotiōis ardore in ſimili habitu incedere tētauerūt: Hoꝝ ſiquidē dealbatorum longa agmina ad vicinas vrbes cōmeabant: ⁊ pceſſionaliter bini ⁊ bini pgētes pacē ⁊ miſericordiā ſuppli ci clamore ſepe ⁊ ſepius clamabāt: laudeſq₃ ⁊ hymnos cātabāt: ⁊ ꝙmaxie Sequentiā illā a btō Gregorio editā: Stabat mater doloroſa iuxta crucē lachrymoſa dū pēdebat filius. Nemo p id tēpus dolo quēpiam fallere tētauit: nemo aduenarū opp̄ſſus fuit: tacite q̄dam inducie fuere inter hoſtes. Durauitq₃ is motus mēſes fere tres: Unde autē initiū habuerit incertū hētur: primi tamē in Italia lucēſes fuere viri ⁊ mulieres huiuſmodi veſtibus albis induti nūero circa tria milia: q ſtatim Florentiā adierunt nobiles ⁊ ignobiles viri p̄cedebāt: poſtea ſubſeq̄bant̄ mulieres velatis faciebus: Ad lucenſes tamē prius venerāt genuēſes Ad genuēſes vero galli profecti fuerant: Indeq₃ ex Ethruria in Umbriā: ex Umbria in Sabinos ⁊ in picentes ⁊ marſos ac ceteras ſubinde gētes ꝓgreſſa: Huius autē religiōis auctor quidā ſacerdos fuit qui tantā modeſtiā vultu ac verbis preſeferebat: vt ab oibus ſanctus hr̄etur: Ipm tamē Bonifacius pōtifex apud Viterbium vrbe₃ tandem comprehendere fecit: ⁊ tanꝙ ſuperſtitioſum ad ſe perductum igni exuri fecit: Horum autem crucifixi imaginem quam ante ſe deferri faciebant adhuc lucenſes cum maxima veneratione conſeruant: ⁊ eidem vota ⁊ imagines offerunt.

¶ Joannes Benteuoglius natione bononienſis vir quidē magnus hoc anno Carolo de çambecharijs iuris vtriuſq₃ doctore defuncto: q rempu. in Bononia pro libito diſponebat: ab exilio cū reliquis ſibi adhe-
1400 rentibus reuocatus Bononiā venit: ⁊ aduerſarijs inde pulſis: mutatis primo in vrbe Ancianis ⁊ reliqs officialibus paulopoſt auxilio Nicolai Eſtenſis Ferrarie marchionis: ac Franciſci carrarienſis Paduc domini vrbis dominatū omnino occupauit: ⁊ duobus annis in ea regnauit: Uerū cū multas cedes in aduerſarijs atq₃ tyrānides exerceret: tandē ⁊ ipſe miſerabiliter perdita ciuitate obtruncatus fuit. Aduerſarij.n.inuocato auxilio ducis Mediolāi vrbē eidē duci tradiderūt: ⁊ Joānē in fruſtra cōciderūt: ⁊ corpus ad ſanctū Jacobū ordinis Eremitarū in dolio deferentes ibidem ſepelierunt.

¶ Bernardinus ⁊ Staſius germani ex illuſtri excelſaq₃ polētanoꝝ familia nati hoc āno Rauenatiſ vrbiſ dominiū ſuſcipientes regnarūt ānis.23. Hi nanq₃ vna cū eorum matre vidētes Guidonē ipſorum patre₃ ignauū atq₃ ſocordem virū illū ſecreto captiuarūt: ⁊ in carceribus incluſerūt: ⁊ vrbis dominatū equaniter ſibi deſumpſerūt: S₃ vno poſtmodū ſublato alter ſolus natura ignauus p aliquot annos regnauit: Uerū cū ⁊ ipe ignauo quodam animi torpore elangueſceret: ciues Rauenates illo ſpreto vrbem Uenetiſ tradiderunt: ⁊ illo capto in Cretam perpetuo exilio relegarunt.

295

¶ Jubilei annus hoc anno rome iuſſu bonifacij pontificis celebratur: quo fere innumera hoīũ multitudo cõuenit: Et eo anno ob ipſius iubilei et maximã dealbatorꝝ frequentiã tãtã peſtilentiã vbiqȝ fuiſſe tradũt: 1400
vt apud florẽtiaȝ vrbeȝ ad triginta hoīũ milia abſumpta fuiſſe referantur.

¶ Paulus guiniſius nobiliſſimus lucenſis ciuis hoc ipſo anno galeatio vicecomite concedẽte ⁊ permittẽte vrbis ſue dominiũ ſuo malo ſibi deſumpſit. Et.30. ãnis regnauit: vir quidẽ cupidus ⁊ cõciuiũ ſuorꝝ peſſimus tyrãnus: qui toto regni ſui tpe per fas et nefas ingentẽ pecunie viȝ cumulare ſtuduit. Et cum p id tẽpus celeberrimas edes ac ſuperbiſſima edificaſſet palatia ⁊ filios multos pcreaſſet tã ipſe ꝙ filij adoleſcẽtes i magno ſtatus faſtigio vitã degebant. Cunqȝ ſic beate ſibi ac filijs eſſe videretur: fortuna de repente mutata multis fati ſui exemplar fuit: vt omnes diſcãt nil in rebus humanis fore ſolidum nihilqȝ firmũ: a florẽtinis enim et ſuorꝝ fraude tandeȝ captus: et a patria violenter vna cum filijs abductus diuitias diu eo modo accumulatas vna cum vita amiſit. Naȝ ad philippũ mediolanenſiũ ducẽ perducti carceri perpetuo mancipati ſunt. Eo. ſ. anno quo ⁊ mortui ſunt magna ſolis fuit defectio.

¶ Carolus malateſta Galeotti malateſte filius ariminenſis vrbs princeps et pontificiſ Romani ea in vrbe vicarius hoc eodem anno poſt patrẽ vna cũ pãdulpho fratre ſuccedens regnauit annis    : princeps ſiquidem doctiſſimus: ⁊ corporis viribus fortiſſimus: atqȝ marco catoni ſimillimus: eo ꝙ nihil ad laudiſ excellentiam ei deeſſe videbatur. Erat. n. imprimis robuſtiſſimo pulcherrimoqȝ corpore: ⁊ cõſilio maximo: ac immenſa animi magnitudine. Ipſe quoqȝ egregia liberalitate ⁊ ſtudiorꝝ litterarꝝqȝ peritiſſimus: necnon et virorꝝ doctorꝝ familiariſſimus: e quibus Leonardus arretinus precipuus fuit. Cuius cuȝ ſint eius facinora in bello ſtrennue geſta quaſi innumerabilia hoc vnũ precipuũ memorãduȝ puto: ꝙ dum Galeatiuſ vicecomes mediolanenſiũ dux toti italie formidabilis eius ſororiũ Franciſcum gõzagam terra aquaqȝ cũ quadraginta equitũ milibus graui obſidione in mantua obſideret: ipſe cũ duodeci tãtũ milibus apud gouernoluȝ ruſculũ omnẽ eã multitudineȝ ſtrẽnuiſſime profligauit: ⁊ vrbẽ mãtuaȝ ⁊ ſororiũ ab eius manibus liberauit. Eius aũt virtus et conſilij magnitudo ab ipſo mediolanenſiũ duce poſtmodum cognita moriens tutorem ⁊ regni ſui ac filiorꝝ ſuorũ defenſorem ipſum deſignauit. Ad ipſum quoqȝ gregorius. 12. pontifex dum ad conſtãtie cõciliũ ire cogeretur tanꝙ ad preſidiuȝ tutiſſimũ cõfugit: a quo et perbenigne ſplẽdideqȝ exceptus fuit. Et cum idem pontifex ad concilium vocatus nõ ſatis ſibi confideret hunc tãꝙ viꝝ inſigneȝ loco eius tranſmiſit: ⁊ ipſius gregorij pontificis dignitatem concilio reſignauit.

¶ Ordo deniq3 monachoꝝ eremitarum diui Hieronymi: ⁊ ipſe iamdiu patrum inſtitutis collapſus haud multopoſt a venerabili religioſo Lupo hiſpaleñ ipſius ordinis generali prepoſito predictorum exemplo nouis ⁊ regularibus inſtitutiōibus: nouaq3 regula ex dictis beati Hieronymi excepta inſtauratus eſt: nā Lupus idem ⁊ reliqui patres ipſius religiōis profeſſores vſq3 ad id tempus ſub regula beati patris noſtri Auguſtini militauerāt: Sed Lupus ipſe patris ſui diui Hieronymi zelo ſuccenſus ⁊ monachorū ſancte Juſtine exemplo ductus ad perpetuū ſui ordinis ſtabilimentū: ⁊ ad melioris vite frugem ad imitandamq3 patris ſui vitam: vt erat vir doctiſſimus pro inſtitutiōe regule multa (vt p̄fertur) ex dictis eiuſ excerpſit: ⁊ in vnum regule corpus redegit: Quā quidem regulam poſtmodū Martino pape approbandam: confirmādamq3 obtulit: quaz certe pontifex ipſe non modo laudauit: Verū etiam in monachalem obſeruantiam confirmauit. Et deinceps loco regule beati Auguſtini obſeruādam per apoſtolica ſcripta Lupo ipſi prepoſito ⁊ ſucceſſoribus eius omnibus mandauit. Cuius bulle principium eſt: Et ſi pro cunctorū Chriſti fideliuz: Regula vero incipit. Fratres cariſſimi: nō que in mente concepi hec religio monachoꝝ more qui ſub regula beati Benedicti militāt: ⁊ ipſa per omnia viuit: niſi q̄ griſeo colore in indumentis ⁊ Romano officio vtiť: Magne quippe vite integritatis eſt: magneq3 opinionis in eccleſia dei exiſtit.

¶ Facinus canis victorioſiſſimus copiarū mediolaneñum imperator natiōe Montiſſerratenſis ex ciuitate ſancti Euuaſi ortus: hoc āno Joannemaria duce interfecto in mediolanēſe regnū ſuccedens regnauit tanq̃ tutor donec Philippus adoleuiſſet annis ferme duobus: vir q̄ppe magnanimus ⁊ prudentiſſimus ac in armis ab adoleſcētia exercitatiſſimus: Quaſobres multas ſtrages ⁊ direptiones finitis pedemontanis dedit: Hic itaq3 imperio ſuſcepto: contra Pandulphū Malateſtam ſtatiz ducens: Brixianos ⁊ Bergomenſes plurimis incurſionibus ⁊ direptionibus ac vaſtatiōibus vexare cepit: nec a Cremonēſibus q̄bus Sabrinus Fundulus imperitabat q̄dem abſtinuit: Sed cum hoc modo milites ſuos ſine ſtipendio retinere vellet: quos ipſe rapiniſ paſcere conſueuerat: multarum diſcordiarum ⁊ bellorum cauſa fuit: Verum pauloposť iam etate grandeuus: ſine liberis locupletiſſimus deficiens: Biatreſinā vxorem cordatam atq3 magnanimem mulierum omniū bonorum ſuorum reliquit heredem. Sunt tamen qui dicant hoc anno ſcilicet. 1412. ipſum obijſſe.

¶ Otho tertius Parmenſiuz Tyrannus: Vir quidem crudeliſſimus: truculentus ⁊ ſanguineus: hoc ipſo anno: qui eſt duodecimus ſupra. 1400. poſteaq̃ multas cedes ⁊ crudelitates maxime in nobilez rubeorum familiam: ac alias ſeuitias multas exercuerat: Ac etiam poſteaq̃ omnes circunquaq3 ciuitates direptionibus: depopulationibus: concremationibus ⁊ cedibus diu perturbaſſet: ⁊ quāmaxime Nicholauz Eſtenſem Ferrarie Marchionez: cuius compater erat apud Ruberaz agri Rhegenſis oppidum ad colloquium ſpe componende pacis cum ipſo compatre ſuo Nicholao pellectus a Sfortia Attendulo Cotignola (ipſo Nicholao Ferrarie Marchione iubente) digniſſime obtruncatus eſt: Quo mortuo cum ſui fugam arripuiſſent: Mutinenſes ab eo plurimuz infenſi: ſtatim corpus ſuum in vrbem detulerunt: ⁊ ab equis turpiſſime ⁊ ignominioſiſſime per totam vrbem trahi fecerunt: ⁊ innumerabilibus iaculis confoſſum ⁊ laceratum: porcis tandem corrodendum obiecerunt. Fuit tamen hic bello ſtrennuus: impetuoſiſſimuſq3 atq3 acerrimus: ⁊ multa facinora ſtrennue geſſerat: ⁊ Nicholaum ipſum Eſtenſem finitimuz ſuum ſui ſalute proſtratum ſepe coegerat anxia formidine trepidare. Et niſi ciuium ſuorum ſanguine manus maculaſſet: fuiſſet certe omnibus illa etate oīum iudicio preferēdus. Suo.n.terrore Rhegiū lepidū vrbē Nicholao ipſi Eſtēſi abſtulerat: ⁊ Rubeis iterfectis Parmā p̄ tyrānidē in ſuā poteſtatez redegerat: Sed eo iterfecto Rhegiū ⁊ parma dedētibus ſe vltro ciuibus rurſus in Nicholai eſtēſis māus deuenere: Hūc ferūt aliquādo de placētie dn̄io cū Jacobo Arcellate cruētiſſimis armis cōtēdiſſe: q in vindictā violate fidei notā ipſius Jacobi effigiē: vt tūc moris erat: depictā quoadvixit in ſcuto poſt terga p̄cedētis armigeri deferri fecit. Jacoboq3 mortuo Otho eam effigiem depictam in parmenſi foro cum pulſatione

cāpanaruꝫ ⁊ vexilliſ omnibus in populo congregato comburi iuſſit. Deinde collectos cineres in aperta capſula in eminentiſſima vrbis turre collocauit: vt inde ſurgentibus ventis appoſiti cineres in omnem diſpergerentur regionem.

¶ Joannes Lācius nobilis Bergomēſium ciuis: ⁊ quorūdam caſtellorū agri Bergomenſis dominus vir certe memoratu dignus: fidelis quidē: fortis magnanimus ac prudētiſſimus hiſdem tēporibus magnum ſue fidei atqꝫ virtutiſ dedit experimētū. Mortuo enim Joannemaria Mediolani duce ⁊ Bergomi domino: cū Pandulphus Malateſta Arriminēſis Bergomuꝫ vrbem ſuam cum vniuerſo ferme Bergomenſi agro (vt premiſſuꝫ eſt) occupaſſet: Js Joannes vir fideliſſimus in Molēdinalla caſtello ſuo ſe incluſit: ⁊ decē annoruꝫ obſidioneꝫ intrepidus pertulit: Et lꝫ Panduiphus eidem multas oblationes per internuncios obtuliſſet: multaqꝫ dāna ac vaſtationes intuliſſet: nūquaꝫ propter iuſiurāduꝫ deditioneꝫ facere voluit Deniqꝫ cū philippuſmaria Joānſmarie ducis frater in regno ſucceſſiſſet: ⁊ per Crimignolam imperatorem ſuū Bergomuꝫ ⁊ reliquas regni ſui vrbes repetere voluiſſet auxilio ⁊ fide huius Joānis: qui idem caſtellū cōſeruauerat Bergomū haud multo labore recepit: Quod audiēs philippuſmaria Mediolani dux eius fidē atqꝫ cōſtantiaꝫ plurimū collaudauit: ⁊ in ſolaciuꝫ ſuaruꝫ calamitatū ampla beneficia eidem cōtulit: ⁊ ea munificētia in euꝫ viſus eſt: ꝙ īmunitatē omniū vectigalium eidē indulſit: vt his beneficijs ſuas clades ⁊ agroꝝ ſuoꝝ vaſtatiōes ſubleuare poſſet: Huius autē preclariſſimi viri plurima referunt ſtrenue geſta: que breuitati ſtudētes omittimus: Huius autē pater fuit Petrus in armis exercitus: q fuit guiſcardi Lancij viri incliti filius: qui magiſtratus plurimos in tota ferme Jtalia irreprehenſibiliter geſſit: q obijt circa ānuꝫ domini. 1351. Obijt autē ⁊ Joānes hic anno a natali Chriſti. 1450. Sepultus vero in eccleſia noſtra diui Auguſtini Bergomi ſepulchro marmoreo relictis poſt ſe tribus filijs.

¶ Thomas Mocenicus ſextus ⁊ ſexageſimus venetoꝝ dux: hoc āno Michaele Sten duce defuncto omnium ſuffragijs abſens creatus dux ducauit ānis decē ⁊ mēſibus tribus. Mortuo enim predeceſſore: iſte 1415
Cremone apud Gabrinū fundulū orator erat: Sed dum de principe deligēdo mentio haberetur diuinitus quaſi vno ore creatus fuit tanꝙ magnanimus: grauiſqꝫ ac modeſtus: Qui magiſtratu ſuſcepto: cum videret rempublicam ſuā ab Jmperatore opprimi ſtatim Carolū Malateſtam bellice artis ſciētiſſimum copiarū ſuarum cōtra ipſuꝫ imperatorē delegit duceꝫ. Naꝫ Sigiſmūdus predictus ceſar electus mox cuꝫ xij. equtum ⁊ octo peditū milibus in Jtaliā accipiende corone gratia descēderat: ⁊ eos omnes in Venetos mittēs primo impetu Foruꝫ Julij cepit: ⁊ etiaꝫ Taruiſiuꝫ oppugnauit. At Thomas hic reipublice ſolertiſſimus princeps ⁊ patronus Carolu ipſuꝫ oppoſuit: qui fuſis ⁊ fugatis Ceſaris copijs: ſubito cūcta deperdita cuꝫ ingenti virtute recuperauit: Atqꝫ Veronaꝫ vrbem quorundaꝫ ciuiuꝫ perditione quaſi perditam ſua virtute: ſuaqꝫ prudētia in fide continuit: ⁊ ſumpta de nocētibus pena eueſtigio omnia ſedauit. Jndeqꝫ claſſeꝫ non modicaꝫ in turcos mittens: de ipſis etiam non incruentaꝫ victoriam ſuſcepit: ⁊ piratas multos ex equore fugauit. Poſtmodum contra Vngaros infeſtos bellum ſuſcipiens: multas ſtrages de illis edidit. Feruntur ⁊ alia plurima ipſius facinora ſtrēnue geſta: que breuitati ſtudentes omittimus Moriens deniqꝫ ibidē in predicatoruꝫ baſilica cū ingenti pōpa ſepulchro marmoreo ſepelitur: vbi ⁊ hoc Epigramma ſcriptuꝫ habetur.

Hec breui illuſtri mocenica ab origine thomā
Magnanimū tenet vrna ducē grauis iſte modeſtus
Eternos uenetū titulos ſuper aſtra locauit
Hic teucrum tumidam deleuit in equore claſſem.
Oppida taruiſij: ceneti feltriqꝫ redemit
Vngariam domuit: rabiē patriāqꝫ ſubegit.
Vnde fori iulij cataruꝫ: ſpalatrūqꝫ traguram:
Equora piratiſ patefecit clauſa peremptis
Signa polum ſubijt: patris mens feſſa triumphis

¶ Joanna eius nominis ſecūda Ladiſlai regis ſoror hoc anno frē predicto ſine liberis abſumpto in Apulie regno eideꝫ ſuccedens regnauit annis vigintivno: Hec mulier virileꝫ animuꝫ in femineo corpore gerens inter varias regū lites multa aduerſa forti animo pertulit. Naꝫ primo cuꝫ adoleſcentula in regnuꝫ ſucceſſiſſet: fedis amoribuſ diffamata fuit: ⁊ vt vidit 1414
tantaꝫ regni moleꝫ a ſe ſuſtineri non poſſe: Jacobo Marchie comiti denupſit: qui inter Galliaruꝫ principes ⁊ genere ⁊ virtute primarius habebatur: Queꝫ vt mărituꝫ ⁊ regeꝫ preter ſui conſenſuꝫ agere in omnibus vidit: Jndignata Joanna illuꝫ mox repudiauit: propter quod eueſtigio regnuꝫ diuiſuꝫ eſt. Erant eo in regno quibus eius dominatus nec gratus: nec ingratus eſſet: eo ꝙ dignitateꝫ ⁊ regiuꝫ nomen Joanna retinente ipſi ſummaꝫ reruꝫ potiebantur. Erat ⁊ contra: qui aut Ludouicuꝫ Andagauie duceꝫ placebant: adoptari in filiuꝫ. Alij auteꝫ dicebant Alphonſuꝫ Aragonie regeꝫ potentiſſimū eſſe in regnuꝫ vocandum Atqꝫ ita cuꝫ multi reges ⁊ adoptione ⁊ armis eo in regno ſe arguebant digniores: Alphonſus tamen aragonenſis rex contra omnes preualuit. Cuꝫqꝫ in regnuꝫ introiſſet: Joanna ſibi illum adoptauit in filiuꝫ: Verūtamen ipſe ingratitudine vſus haud multopoſt eaꝫ morteꝫ ſuaꝫ Neapoli pepulit: receptāqꝫ rurſus etiaꝫ interdū in vrbis arcibus obſedit: eiqꝫ quoadiuxit multa intulit non retributione digna. Deniqꝫ cuꝫ domini noſtri Jeſu chriſti anno. 1434. Joanna ipſa ⁊ Ludouicus Andagauenſis dux in regno vite finē feciſſet regnū omne duobus orbatū principibus multos animos perturbauit.

¶ Cōciliuꝫ Conſtantie ad ſciſma tollenduꝫ: quod noueꝫ ⁊ triginta annis perdurauerat: Sigiſmūdi Ceſaris iuſſu ⁊ induſtria hoc āno celebrari ceptum eſt: in quo quidem quinqꝫ aderant nationes. ſ. itali ⁊ galli

Germani: Hiſpani: ⁊ Angli quorum ſuffragiis omnes Concilij res geſte ſunt. Eo ſiquidem Joanneſ pa
pa: licet inuitus pontificatu ſe abdicauit: ⁊ ad perpetuos carceres Concilij decreto apud Aldebergā ger-
manie caſtellum damnatus eſt. Gregorius vero: qui in piſano concilio fuerat damnatus eo Carolum
Malateſtam legatum mittens ſponte ſe abdicauit. Benedictus autem cognomento Boldrinus: quon-
dam Galliarum Adulterinus papa: cum apud Cathaloniam in Caſtello Paniſcole munitiſſimo ſe con
tineret: Seqꝫ verum Chriſti vicariū pertinaciter aſſereret: Tandem auctoritate Concilij rurſus impro-
batus ⁊ damnatus eſt: Jn eo etiam Concilio hereſes nonnulle: ſcilicet Joannis Viglef hereſis dam-
nata eſt: Duoqꝫ ex diſcipulis eius exuſti ſunt: videlicet Joannes Hus: ⁊ Hieronymus eius condiſcipu-
lus: eo ꝙ dicerēt iuxta Dulcinum Nouarienſem hereſiarcham mulieres cōmunes eſſe debere: ⁊ eccleſia
ſticos ad imitationeꝫ chriſti omnino pauperes eſſe oportere: cū ex tanta diuitiaꝝ copia populi ſcandalizen
tur. Cumqꝫ ibi quadriennio ferme ad tollendos ſciſmaticos: ⁊ ad reſtituendam eccleſiam: necnō ad emē-
dandos chriſtianorum mores multi prelati: multiqꝫ principes preſtitiſſent: Tādem de eligendo nouo pō
tifice ſermo inter omnes habitus eſt. Unde ⁊ concilij ⁊ Sigiſmundi imperatoris qui ſemper cōcilio ade-
rat decreto ſtatutū fuit: vt vnaqueqꝫ natio ſex probatos viros ⁊ deū timentes deligeret: qui vna cum do-
minis cardinalibus pōtificem eligerent: Qui cōclaue ingreſſi pter omniū ſpem: lꝫ multi ſciſmatici cōclaue
intereſſent: vnanimiter Othonē colūnam Romanuꝫ: diaconū cardinalem tertio idus nouēbris in feſtiui
tate beati Martini hora tertia pontificē creauerūt: Tantaqꝫ inter oēs letitia ⁊ exultatio fuit: vt vix homi
nes loq poſſent: Statim autem Sigiſmūdus imperator ea electione gaudio repletus: nullo habito ſue di
gnitatis reſpectu cōclaue ad patres ingreſſus ē: ⁊ gratias omnibus cum lachrymis egit: ꝙ tātum virum:
tamqꝫ neceſſarium reipublice chriſtiane prope extincte elegiſſent: ⁊ ante pōtificem proſtratus ſumma cuꝫ
veneratiōe eius pedes exoſculatus eſt. Cui pōtifex gratias agens ipm magnificit: ꝙ ſua opera: ſuaqꝫ in-
duſtria pax tādem eccleſie reddita eēt: His geſtis cum per annū etiam ibidē conciliuꝫ preſtitiſſet: ⁊ multa
ad chriſtianam religionē neceſſaria decreta fuiſſent tandem anno chriſti. 1418. cōcilium pontificis: impe-
ratoriſqꝫ iuſſu diſſolutuꝫ fuit: ⁊ omnes cum pace abiere.

¶ Philippus Maria Anglus tertius Mediolanenſium dux Joannis Galeacij Ducis filius: hoc anno
poſtea ꝙdiu ante eius Joannes Maria Dux obtruncatus fuiſſet poſt multorum tyrannidem in regnuꝫ
1415 paternum tandem reſtitutus regnauit ānis trigintaduobus ⁊ mēſibus ſeptem: Vir certe ſapientiſſimus:
magnanimuſqꝫ ac ſplendidiſſimus: necnō ⁊ totius Italie decus atqꝫ lumen: Qui principatu non ſine dif
ficultate adepto ſtatim ſuo conſilio: ſuaqꝫ prudentia tyrannos omnes deiecit: ⁊ preclara facinora geſſit.
Jtaqꝫ Mediolanum tantūmodo in principio adeptus: Cum omnes ſue ditionis ciuitates a tyrannis oc
cuparentur ex procerum ſuorum concilio: Beatriſinam Facini Canis relictam annoſam duxit vxorem
A qua ingentem vim auri ⁊ argenti ſuſcipiens mox exercitus magnos conſcripſit: Cui Mattheuꝫ quen
dam theutonicum virum in armis preſtantiſſimū primo prefecit: Qui vt aiunt primo Angeli de la Per-
gula mulio fuerat. Js igitur in magiſtratu conſtitutus primo ſuo congreſſu Comum duxit: vbi Lutheuſ
Ruſcha comes preerat: Qui viſo exercitu ſine vllo prelio conditione accepta vrbem confeſtim reddidit.
Jndeqꝫ diſcedens: cum exercitu Tricium peruenit: vbi morbo contracto: dum fluxu ſanguinis laboraret
Mediolanum delatus eueſtigio vite finem fecit. Eoqꝫ mortuo Philippus Franciſcum cognomēto Cri
mignolam eidem ſurrogauit: Qui licet humili loco natus eſſet: omnibus tamen in rebus preclariſſimus
euaſit: Quo quidem preclaro viro ſi dux ipſe Philippus vſqꝫ ad mortem bene vti ſciuiſſet vniuerſam ita-
liam ſuo certe ſuppoſuiſſet Jmperio: Jpſe itaqꝫ imperatoria dignitate ab ipſo duce philippo ſuſcepta con
feſtim apud Tricium oppidum quod obſidebat pontem Abdue fluminis deiecit: ⁊ per totam hyemem
Caſtellum illud munitiſſimuꝫ obſedit: ⁊ oppugnauit: Sed cum eſſꝫ inexpugnabile tandem dato magno
pondere Colconibus Bergomenſibus qui illud occupauerant oppidum redemit: Eoqꝫ potitus Placen
tiam cōmigrauit: Eam enim vrbeꝫ Philippus Jacobi Arcellati filius per tyrannidem occupabat: Vir
certe dei ⁊ ſanctorum contemptor: qui poſt multas oppugnationes timore perculſus nocte vrbe ſe deijci-
ens ad Venetos confugit: vbi poſt aliquot menſes patauij deficiens dixiſſe tradunt. En morior ⁊ cada-
uer meum Venetis; diuitias filijs animamqꝫ diabolo relinquo. Expugnata igitur Placentia Crimigno-
la itineribus quibus potuit concitus Laudum aduolauit: Atqꝫ eandem vrbem acerbiſſima obſidione ali
quandiu fatigauit. Tandem confractis ciuium viribus Joannino Vignatenſe qui in ea vrbe dominaba-
tur cum duobus filijs fugiente Crimignola vrbem ingreſſus eſt: ⁊ ciues alloquens eos cum ſumma be-
nignitate in Philippi gratiam recepit. Eoqꝫ die Joannino Tyranno cum filijs in ſegete latitante compre
henſo ad Crimignolam perductus eſt: Quo viſo mox eius filios in conſpectu ſuo: poſtmodum ipſum
laqueo interire fecit. His geſtis celeri curſu Cremonam petijt: Ac primis quaſi congreſſibus omnia
agri ſui oppida ſibi ſubiecit: Quapropter Gabrinus fundulus videns ſibi male ſuccedere cum Philip-
po Duce per legatos pactum percuſſit: Vrbemqꝫ: quibuſdam Caſtellis ſibi reſeruatis quadraginta
milium ducatorum auri pondo reddidit. Cum vero omnia hec ad votum Philippo Duci ſuccede-
rent: Joannes Jacobus Montiſferrati Marchio extimeſcere cepit ipſius Ducis potentiam. Unde
ſibi conſulens vltro Vercellas: Alexandriam ⁊ Aſtenſem vrbes eidem reſtituit. Et non ita multopoſt

Crimignola Bergomū: ⁊ Brixiam Pandulpho Malateſte ademit: Quibus etiam philippi ſucceſſibus Nicholaus Eſtenſis Ferrarienſis marchio motus: facturus id ad quod armis cogi potuiſſet: Mediolanum profectus: parmam quam mortuo Othone tertio obtinuerat: philippo reſtituit: retento Rhegio: pheudi nomine. Addiditq; preterea ad paternam dominationem Genuam potentiſſimam vrbē maritimam: ⁊ alias ditionis ipſius Genue ciuitatē. Cunq; iam mari terraq; omnibus formidabilis eſſe cepiſſet maiori comparato exercitu Crimignolam in Foroliuienſes Imolenſeſq; miſit: Quamobrē Florentini eius potētiam veriti illū bellis laceſſere ceperūt cōtra quos Crimignola apud Zachanorā caſtellum agri Fauentini cōfligens eos turpiſſime fudit ⁊ profligauit. Idq; bellū a florētino populo vna cū venetis ſuſceptū vſq; ad huius Philippi obitū ⁊ vltra vſq; ad ānū domini.1454. perdurauit: inſida tamē nūq̄ ⁊ inſidiarū plena pace intercedente. Verū cū Cremignola: vt infra dicemus indignatus a Philippo ad venetos defeciſſet: fractis Philippi rebus veneti Brixianā vrbē per Crimignolā inuaſere: ⁊ in ſuā poteſtatē deduxere: pace deinde ſequēti āno Martino pōtifice auctore cū venetis facta Bergomū etiam cum oppidis ſuis amiſit: Verūtamē licet multis opprimeret bellorū turbinibus Ioannā Apulie reginam ab Alphonſo rege pulſam ſua virtute ⁊ potētia in regnū remiſit. Quanta aūt huius feliciſſimi ⁊ diuini prope modū principis fuerit aīi magnitudo: q̄taq; liberalitas: q̄taue magnificentia vel ex hoc aptiſſime intelligi poteſt q̄ Alphonſū ⁊ Ioannē reges ac Ethrurie ſancti Iacobi magnū magiſtrū fratres cū alijs cētū principibus atq; ducētos aurate militie eq̄tes a genuēſibus ſubditis ſuis captos ⁊ ad ſe perductos humaniſſime ſuſcepit: eoſq; multis donatos muneribus patriā honorifice remiſit: cū omne eorū regnū obtinere potuerit: Tādē poſt innūerabilia bene geſta cecus factus anno a natiuitate xpi.1447. profluuio ventris correptus: idibus auguſtis hora ſecūda noctis nature cōceſſit: nullis relictis ſibi liberis niſi Blancamariam filiā que ei poſtmodū in regnū ſucceſſit. Eius autē corpus in maiori vrbis tēplo loco eminētiori ſepultum fuit. Eius autem morte tota ciuitas fletibus ſenioq; cōfecta ē: cū quid cōſilij caperet nō ſatis noſſet: Tumultuaria enim oīa ſtati fuere: vehemētiſſime enim procelle exorte ſunt: eo maxīe q̄ oēs mediolanenſes publicā appetebāt libertatē: Hic duas vxores habuit: Biatreſinā.ſ. Facini canis olī vxorem: quā; poſtea ſuſpitiōe dānatam interire fecit: ⁊ Mariā Amedei Sabaudie ducis filiā: quāq; ⁊ virginem dimiſit.

¶ Viri diſciplinis excellentes.

¶ Laurētius Iuſtinianus ordīs Canonicorū Celeſtini habitus: ſeu cōgregatiōis ſancti Georgij de Alga
veneti: ⁊ venetus poſt. a patriarcha hac tēpeſtate venetijs rū religiōe ⁊ vite ſanctitate: tūq; diuina fere do 1416
ctrina maxio apud omnes fuit in precio: hic ab ipa adoleſcētia poſt Marinū Quirino auunculū ſuū patricium venetū virū religioſiſſimū a deo vocatuſ religionē regulariū canonicorū q ſancti Georgij de Alga nūcupātur: calcatis opibus maximis ⁊ honoribuſ: atq; florētis etatis illecebris ad celeſtē militiā proficiſci voluit: Quā quidē religionē qūāto ſplēdore ſua vita: ſua abſtinētia: vigilijs ⁊ orōnibus: ſuiſq; doctrinis ⁊ exēplis illuſtrauerit: Eius hiſtoria a Bernardo Iuſtiniano eius nepote oratore clariſſimo edita demonſtrat: Hic nāq; ⁊ſi pauca a p̄ceptore didicerit: adeo vt vix p̄ma elemēta p̄cepit: tamē cū ſcientia diuina imbutus cēt.14. librorum ſcripſit volumina ⁊ ſermōes.40. librorum autē tituli ſunt iſti: Lignuʒ vite liber.i. De diſciplina monaſtice profeſſiōis: De ſpirituali ⁊ caſto cōnubio verbi ⁊ aīe. De triumphali agōe mediatoris chriſti: De interiori conflictu: De complanctu eccleſie: De corpore chriſti ⁊ ſanguine: De vita ſolitaria: De cōtemptu mūdi: De ſermōe dn̄i in cena: De officio paſtorali: De obediētia: De gradibus perfectionis: Deniq; nō ſine ſanctitatis opione deficiēs poſt ſeptuageſimū obitus ſui diē icorruptus apō cathedralem eccleſiā ſepultus eſt: Ad cuius ſepulchrum ob ingentia eius miracula non modo veneti: ſed ⁊ externi generis homines cōcurrere dicuntur: q aut ſtatuas aut cereos: aliaſue oblationeſ in teſtimoniū ſanctitatis quottidie apportent.

¶ Dionyſius de Burgo ſancti ſepulchri ordinis Eremitarū diui Auguſtini religioſus quidem venerabilis ac doctiſſimus hac ipſa tempeſtate propter eius doctrinam: ⁊ ipſius in omnē dicēdi artem promptitudinem: ⁊ ipſe in precio habitus eſt: q cum omnes poetas hiſtoriographos: oratoreſq; ac phōs euoluiſſet: Cōmentarios ppulchros ſuper Valerio Maxio: ſuper methamorphoſeos: ſuper Virgilij operibus: ſuperq; Tragedijs Senece ⁊ Rhetoricorum: politicorumue libris edidit: Inſup ⁊ fabulas omnes ad taʒ precellentem tropologicum ſenſum reduxit: vt in amonēdis populis nil iucūdius vtiliuſq; afferri poſſʒ.

¶ Auguſtinus de Roma generalis ordinis Eremitarum diui Auguſtini prior ⁊ theologus vir certe doctiſſimus his temporibus floruit: qui ⁊ nomine ⁊ re alter Auguſtinus merito vocari potuit: eo q̄ eius ſanctiſſimi patris doctrina delectatus innumerabilia pene ⁊ ipſe edidit opera: ⁊ q̄maxime ſuper libriſ ſententiarum: Super Pauli epiſtolas: ⁊ ſuper Apocalipſim: Ac ſuper Ethicis: Deinde de libero arbitrio libruʒ.i. De ſacramento vnitatis corporis Chriſti ⁊ eccleſie librum vnum. De poteſtate pape libruʒ vnum. De charitate Chriſti circa electos eius librum vnum. De perfecta iuſticia militantis eccleſie librū vnum ⁊ de peccato originali librum vnum ac alia multa.

¶ Gabriel de Spoleto eiuſdem ordinis ⁊ ſcientie profeſſionis eruditiſſimus vir diuiniq; eloquij preco celeberrimus: ⁊ omnibus ſui temporis preferendus hoc ipſo tempore: cum eſſet fidei catholice precipuus amator: ⁊ hereticorum acerrimus debellator contra hereticos: ⁊ precipue fraticellos de opinione adhuc vigentes tractatus edidit celebres.

¶ Bartholomeus de Saliceto iurium ciuilis ac pontificij doctor celeberrimus his temporibus claruit: ꝛ cōmentarios celebres in toto iure ciuili compoſuit.

¶ Petrus de ancharano natiōe bononiēſis Baldi peruſini auditor ꝛ diſcipulus iurecōſultoꝝ etatis ſue p̄ncipuus ꝛ ip̄e p hoc tēpus Bononie clarus effulſit: Qui ſup decretalibus ſextoq ac Clemētinis optime ſcripſit. Ferūtur ꝛ eius cōmentariola extra de regulis iuris in ſexto: Sz ſup digeſto veteri nouoq ppulchre cōmentatus ē. Edidit preterea egregiū cōſilioꝝ opus. Et propterea Pontanus in conſilijs ſuis miris illū extulit laudibus.

¶ Antoniū de Butrio etiā patria bononiēſem petri p̄dicti cōtēporaneū fuiſſe tradūt: virū certe doctiſſimū ac vite ſanctitate inſignē qui p̄ ceteris decretales ꝛ Clementinas optie explanauit. Quoq repertoria ad ius ciuile canonicūue pertinētia compoſuit. Ac etiā cōſiliorum opus poſt ſe reliquit.

¶ Frāciſcus çabarella natiōe patauinus Ro. eccleſie cardinalis p̄ſbyter: iuris pōtificij cōſultiſſimus vir: p hoc ip̄m tēpus (vt p̄latos decet) dignitatē ſuā litteris ꝛ prudētia plurimū exornauit: eteni cuz doctiſſimus atq eloquētiſſimus haberet̄: multa copioſe docteq in decretalibus ac clemētinis edidit: atq alia q̄dā memoratu digna cōpoſuit: in cuius laudē Pogius florētinus orōnē elegantiſſimaz recitauit.

¶ Raphael Fulgoſus natiōe placētinus excellētiſſimus iuriſcōſultus tēpeſtate hac ꝛ ip̄e multa ad declarationé iuris ciuilis ptinentia cōpoſuit: q̄ ingenij hois preſeferre videntur. Super digeſto qppe veteri ac codice pulchre cōmentatus ē: ac alia complurima edidit cōſiliorum opera.

¶ Raphaelē ēt Cumanū iuris ciuilis cōſultiſſimū p̄dictis cōtēporaneū fuiſſe conſtat: Qui ꝛ ip̄e in Digeſto veteri ꝛ codice multa edidit. Ferūtur ꝛ eius cōſiliorum quedam inſignia volumina.

¶ Petꝝ quoq Maurocenū patriciū venetū eccleſie Ro. cardinalē ep̄m hac ip̄a etate floruiſſe tradunt: virū certe ſacris ſecularibuſq litteris apprime eruditiſſimū: Cuiuſ doctrina ꝛ moꝝ preſtātia quanti fuerūt opera a ſe docte edita optime declarāt: ꝛ p̄cipue q̄ in ſexto decretalium egregie deſcripſit.

¶ Joānes de Jmola egregius vtriuſq iuris doctor: p ip̄m tēpus apud Bononiaz inſignis ꝛ clarus hītus ſup primū ſecūdū ac tertiū Decretaliū accurate ſcripſit: Sextū quoq ac Clemētinas elegātiſſime cōmētatus ē: Sed ꝛ in Jnforciato ac digeſto nouo q̄dā cōpoſuit volumina. Obijt autē hic vir toti Jtalie nominatiſſimus anno a natale Chriſti. 1436.

¶ Gaſparinus bergomenſis ex Barçiça ruſculo natus: grāmaticus qdē ꝛ rhetor celeberrimus hiſdē tēporibus apud venetias ob eius ſingularē doctrinā i p̄cio exn̄s ēt latinas lr̄as ſemimortuas p̄mus q̄ſi ab inferis reſuſcitauit: Eo ꝙ venetijs publico ſalario legēs meliori ſolito doctrina multos erudiuit: ꝛ ad ea imitanda ſtudia plurimos icitauit: ꝓpter qd ꝛ multi clariſſimi adoleſcētes pmoti ad eū ediſcēdi gr̄a varijſ ex locis cōfluxere: Audita deinde eius fama philippus mediolanēſiū dux ip̄m tanq̄ ſibi a Bergomo ſubditū inuitū mediolanēſibus edocēdis Padua ꝛ Venetia euocauit: vbi aliud adiumētū eloq̄tie ſtudijs attulit: ꝙ inuētus Cicerōis codex ꝑuetuſtus ad eius mān̄s ꝑueniēs iteritū euaſit: i quo qdē libro erant tres Ciceronis libri: De oratore oīo deꝑditi: quos ip̄e tanq̄ diui ingenij vir multo labore oblitteratos suppleuit. Et cū nullus Mediolāi repiret̄: q eius codicis litterā legere ſciret: ip̄e emēdatū ꝓpria mān̄ trāſcriber̄ voluit: ꝛ ita oēm italiā eo deſideratiſſimo codice repleuit: Quo adiumēto factū ē: vt illa dicendi copia q̄ ad noſtrā ꝑuēit etatē ab ip̄o nr̄o cōciue Gaſparino emanaſſe dicat̄. Ea ꝓpter maxio in p̄cio apud ducez ip̄m hītus ſemꝑ fuit. Hic p̄terea iter cetera ſui igenij monumēta: p̄ter defectus quos multo labore in Quintiliani de iſtitutiōibus: ꝛ Cicerōis de oratore ſuppleuerat: ēt in Cicerōis officia ꝛ Senectute epiſtolas nō iꝓbādos edidit cōmētarios. Jmpfecte ēt i ip̄m libꝝ de oratore cōmētatus fuit: Orthographiā quoq i lingua latina cōpoſuit pulchrā. Hn̄tur inſup ꝛ eius epiſtole atq orōnes multe valde elegātes i demōſtratiuo gn̄e: ac q̄dā alia edidit q̄ videre nō merui. Duos hic genuit filios: Joānē auguſtū iuris vtriuſq cōſultiſſimū ꝛ oratorē ornatiſſimū: ꝛ Guinifortū philoſophie ꝛ artis dicēdi magiſtrū diſertiſſimū Galeacij marie poſtea ducis mediolani magiſtrū cariſſimū: quē in tertiodecimo etatis ſue anno ob ingenij ſui magnitudinem Papie vniuerſo aſtante gymnaſio in artibus liberalibus doctorari fecit.

¶ Leonardum Aretinū philoſophum ꝛ oratorem ac hiſtoricum elegantiſſimuz ꝛ probatū tempeſtate iſta floruiſſe conſtat: eo ꝙ Jnnocentij ſexti: Gregorij duodecimi: Alexandri ꝛ Joannis vigeſimitertij pōtificū Romanorum vſq ad concilium Conſtātie ſumma integritate: fide: innocentiaq Secretarie officium adminiſtraſſet. Deinde a Florentino populo ſeu ſenatu accitus Cançelarie generalis ſibi cure demādata vſq ad extremū vite ſue tempus geſſit: Quem certe inter viros diſciplinis illuſtres ob virtutez: dicendiq elegātiam: omnibus preferēduz eſſe putamus: Et propterea cū eſſet optime edoctus: licet multiſ ipeditus negocijs: tuz publicis: tū familiaribus ea que ſubiecta ſunt ſcribere voluit: Et primo cum adhuc Grecis auctoribus operam daret: beati Baſilij epiſcopi ſermonem de inſtituendis diſcipulis mira dicendi ſuauitate tranſtulit: Deinde dyalogum quendam ſumma edidit elegantia: Jn quo doctrinam Dantis: Franciſci Petrarche: ꝛ Joannis Bochacij primo impugnatam maxime laudat: Vitaſq Tyberij: ꝛ Gracchi Grecorum: Pauli Emilij: Catonis poſterioris: ac Sertorij Romanorum ex Plutarcho tranſtulit. Ciceronis vero vitam non tanquam interpres: ſed veluti a ſeipſo dictatam ipſe compoſuit: vbi multa addidit a Plutarcho pretermiſſa. Tranſtulit quoq quendam libellum Zenophontis de tyranno: Ex Platone vero Gorgiam ꝛ Phedronem: ac ipſius epiſtolas quaſdam: Ex Ariſto-

tele Oeconomicā ⁊ ethicoꝝ ac politicoꝝ libroſ: Inſuper ⁊ ipſius Ariſtotelis vitā ex multis auctoribus tā latinis ꝗ̄ grecis ꝯcta ꝯmētaria ꝑterea pⁱmi libri punici ex polibio greco hiſtorico duobus libris expreſſa reliquit. Et ex procopio hiſtoriam gothoꝝ quattuor libris complexus ē. Volumen quoq; epiſtolaꝝ ⁊ alia plurima opuſcula ac ſui tēporis hiſtoriam ſeparatim. Multaq; ꝑterea alia cōpoſuit: in qbus dicēdi elegātia ⁊ ſumma ipſius ingenij vis apparet. Itē de laudibus Florentie libꝝ vnū edidit: Sed ⁊ deniq; opuſ certe luculentiſſimū. De rebus florētinorum bene geſtis duodecim libris deſcripſit. Nō tamē ꝙ ꝓpoſuerat ad extremū perduxit: Cuius hiſtorie cauſa ſenatus ei ſingulare p̄miū vſq; ad mortē conſtituit: Que qdem mors fuit anno dñi .1445. cū eſſet etatis annorum .74.

¶ Pogius florētinus orator facūdiſſimus ⁊ litterarū apoſtolicaꝝ ſcriptor diſertiſſimus hiſdē tēporibus ⁊ ipſe ob ſingularē doctrinā ⁊ ſingularē dicēdi leporē tū Rome: tūq; Cōſtātie vbi conciliū hēbaẗ atq; alijs in locis maxio habitus fuit in pcio: eo ꝙ in cōcilio exiſtēs Quintilianū oīo deperditū in quodā monaſterio latitantē inuēit: quē poſtea vt p̄dictū ē Gaſparinus bergomēſis noſter multo labore emēdauit: Hunc etiā Florētini ꝓpter ingenij ⁊ eloquētie ipſius claritatē: cū p quadraginta ānos in curia Romana ſcriptoris officiū geſſiſſet ad ſe vocatū ſummo honore exceperūt: coluerūt ⁊ honorauerūt: ac ab oī honore immunem fecerūt. Compoſuit autē hic funebres orationes ac alias plurimas ⁊ librū faceciaꝝ pulcherrimum: ac epiſtolarum librum elegantem: ⁊ e greco Dionyſium Siculū ⁊ alios multos latinos fecit. De ſitu Indie etiam librum compoſuit: ⁊ alia multa.

¶ Fratris Iacobiphilippi Bergomēſis ordīs fratrū eremitaꝝ diui Auguſti. in oīoda hiſtoria nouiſſime cōgeſta Chronicarū ſupplemētum appellata liber qntuſdecimus ſeu vltimus feliciter incipit.

**Martinus** eius nois qntus papa patria Ro. ex illuſtri colūnenſium familia natus hoc āno in celebritate ſancti Martini epiſcopi: Pap. 217.
ex cardinali diacono i cōſtātiēſi cōcilio oium nationū ex cardin aliū conſenſu
6616 pōtifex creatus ſedit ānis .14. ⁊ mēſibus .3. iuris pōtificij peritiſſimus vir: ⁊ in ɛvi7
oī vita oīo integer: ob cuiuſ integritatē ⁊ doctrinā ac bōitatē atq; moderationē
m ex .xxxiij. cardinalibus ꝑ electus fuit: Qui i pōtificatu cōſtitutus nō ſomno aut ocio: ſed negocio ⁊ ſollicitudini deditus oīa ad rē ꝑtinētia miro pfecit mō: Cuius ſermo cū breuis eēt plenus ſentētijs in lucē ſemꝑ ducebaẗ: Verūtamē in rebus agēdis adeo ꝓmptus erat: vt res factas ꝑus hoīes cernerēt ꝗ̄ ab eo excogitatas putarēt: Tali nāq; pōtifice idigebat eccleſia dei q̄ Petri nauiculam ſciſmatis ⁊ ſeditionū fluctibus diu quaſſatā redigere in portu; ſalutis ſciret ⁊ poſſet: Hic itaq; pōtifex creatus ⁊ factus ēt p ānū in cōſtātiēſi ꝯcilio pſtitit rei publice xpīane cōponēde cā: Sed rebus oībus optīe diſpoſitis: abſolutoq; cōcilio i Italiā p Sabaudiā venit: Dū aūt alpes traſiſſet ⁊ in italiā deſcēdiſſet, p uanorū vetuſtā ⁊ clariſſimā pedemōtiū familiā ob viroꝝ ipſius pſtantiā atq; vrbanitatē in ſuā colūnēſiu; familiā copulauit: ac ipſius inſigne eidē familie ob eius bñmerita gerēdū cōceſſit: Inde abiēs mediolanū pueīt vbi a philippo duce: populoq; mediolanēſi pbenigne magnificētiſſimeq; exceptus ē vbi ſacriſtiā maioris tēpli ꝯſecrās m̄ltas idulgētias ꝯceſſit: Brixiā quoq; vadēs a Pādulpho Malateſta nō īferiori gloria ſuſceptus ē: vbi iter ducē ⁊ Pādulphū ipm hac lege pacē cōpoſuit: vt Pādulphus ſingulis ānis tributo pſoluto tādiu Brixia potireẗ: quoad ei viuē liceret: quā tñ pacē Pādulphus haud multo poſt diſturbauit. Inde digrediēs p fines mātuanoꝝ ferrariēſiū ac Rauenatū Florētia; pueīt: vbi biēnio reſidēs oēm eccleſie rē tā in tpalibus ꝗ̄ ſpūalibus cōpoſuit: q; eccleſia ipa ꝓpter lōgū ſciſma oēm pene tēporale; ditionem pdiderat: quā ibidē cōmorāte Martino in ſuā poteſtatē reduxit: Cōpoſitiſq; ex ſentētia rebus: martinus cū bona florētinoꝝ gr̄a diſceſſurus ciuitatē metropolitano honore exornauit: Eiq; Volateranam: piſtorienſem ⁊ Feſulanā eccleſias ſubiecit. Abiēs itaq; Florētia: Romā tādē deſideratus pueīt: vniuerſa vrbe eidē obuiā effuſa: q̄ hoīem nō ſecus ac patrie parētē expectabat. Vrbē itaq; Romanam pōtifex ingreſſus adeo dirutā ⁊ vaſtatā inuēit: ꝙ nullā ciuitatis faciē hr̄e vidēbaẗ. Nā collapſe domus collapſaq; tēpla cernebanẗ: oīa deturpata: oīaq; lacerata ⁊ diſſipata erāt: ⁊ non mō tēpla: domus: vici: platee ⁊ reliq̄ vrbis menia: ſed ⁊ ciuiū mores: atq; oē ciuilitatꝭ ornamētū i ea depditū videbaẗ: Qua; ob cā; pōtifex pietate cōmotus ad eā exornādā cōponēdoſq; mores ita animū adiecit: vt breui cōualeſcēs meliorē faciē pſetulerit: Quamobrē ciuitas ipſa nō mō ipſum ciuē ſuum ⁊ ſummū pontificem: ſed ⁊ optimū patrie parentem appellauit: In ea enim Martinus ipſe porticum ſancti Petri collabentem in primis reſtituit: ⁊ pauimentum Lateranenſis eccleſie opere vermiculato perfecit ⁊ teſtudinem ligneam ſuperinduxit. Edes preterea ad .xij. apoſtolos vetuſtate collabētes reſtituit. Idipſum ⁊ cardinales in ſuis titulis certatim fecere. Demum ſublatis penitus ſciſmatibus: Superato ⁊ extincto apud Aquilam Brachio Montono: alijſq; Tyrannis ⁊ viarū latronibus: ⁊ quāmaxime Tartallia Lauello fugatis. Bohemis inſuper hereticis ſedatis: multis etiam cardinalibus grauiſſimis viris creatis: ⁊ vndiq; pacata eccleſia: pontificatus ſui anno decimoquarto ⁊ menſe tertio: etatis vero ſue ſexageſimotertio: Rome apoplexia moritur: ⁊ in Conſtā

tiana eccleſia ante capita apoſtolorum ſepelitur ſepulchro eneo vniuerſo cetu Romano comitante ⁊ flen te. Quo mortuo ſedes vacauit dies duodecim.

1418 ¶ Haſtor vicecomes Bernabouis quondam ex filio nepos: hoc anno cum in Modoecie caſtello nõ igno bilis concluſus a Mathia ⁊ crimignola philippi ducis imperatoribus obſideret̃ magnas clades eiſdeꝫ in tulit: verũ dũ vltia ſperatiõe id caſtrum oppugnarẽt: ipſe inter p̃mos pugnatores defenſando viriliter age re volens ab hoſte vulneratus occubuit: Quo mortuo caſtelluꝫ in manibus philippi cõtinuo ꝑuenit. Inter fecto enĩ Joannemaria duce: hic ab amicis ⁊ cõiuratis ſuis in mediolanũ vocatus fuit: Sed poſtea a phi lippo pulſus cũ amicis in Modoeciã ſe recepit: vbi ⁊ vſqꝫ ad tẽpus cõtra philippũ ducẽ preſtãtiſſimo aĩo ſe cõtinuit. Erat autẽ Haſtor hic eo corporis robore: vt cũ Galeacio gonçaga viro fortiſſimo q Buciceba lem gallicũ ſupauerat: per ſepe pugnans victoriam reportauerit: ſepeqꝫ contra predictos copiaruꝫ duces ea in obſidione victoriam obtinuerit.

¶ Sfforcia flamitius e gente attendola in Cotignola oppido natus a Sffortianorum illuſtris fluxit fami
1422 lia hoc ãno dũ flumen piſcharie vado trãſiret ab vndis ſubmerſus vitã finiuit: vir vtiqꝫ rei militaris ſciẽ tia preſtãtiſſimus ⁊ imortalitate dignus: eo ꝙ res ingẽtes ⁊ p̃clarasatqꝫ innumeras glorioſiſſime geſſe rit: Is cũ primũ ſub Albrico Cunij comite militare cepiſſet: per oẽs militie gradus ab infimis ordinibu ad ſummũ militare gradus pedetentim peruẽit: Inter hũc autem ⁊ Brachiũ Montonuꝫ qui ſub eodem Albrico comite ẽt militauerat tamdiu indiſſolubilis amicitia fuit: ꝙdiu vterqꝫ in minoribus extitit: Au ctos vero potẽteſqꝫ factos pernitioſiſſima emulatio ⁊ cõtentio ſubintrauit: vnde ⁊ p̃lia nõnunꝙ cõmiſere cruenta: tandẽ poſteaꝙ Othonẽ tertiũ parmẽſem tyrannũ apud Ruberã oppidũ iuſſu Nicolai eſtẽſis in terfeciſſet: ⁊ alia preclara facinora geſſiſſet: cũ ad dimicãdum cõtra Brachiũ irritatus fuiſſet in tranſitu piſcarie flumĩs interijt: relictis innũeris filijs: quoꝝ de nũero Franciſcus poſtea Mediolanenſium dux vnus fuit: alter Alexander Piſauri dñs: Qui ⁊ ipẽ arma cũ laude tractauit: ac Gabriel ordinis noſtri ꝓ feſſus: vir grauiſſimus: ac in omnibus religioſiſſimus: mediolanẽſium poſtea archiep̃s: necnõ ⁊ Conra dus virtute conſpicuus.

¶ Janus Cypri inſule tertius rex Petri illius: q fratrẽ interimerat filius quiqꝫ ⁊ captiuus: hũc Genue ge nuerat filiũ hoc anno iã etate grãdeuus apud Cypruꝫ diem obijt: vir certe crudelis ⁊ ſine vlla miſericor dia ferus qui cũ in malos ꝓdigus eẽt: cõtra in bonos culpabilis habebatur. Iſte enim ab ineunte etate re gnandi cupidus exiſtẽs more patris q eã ob cãm propriũ fratrem interemerat: ⁊ ipẽ in fratris filium: cui
1423 hoc regnũ debebat̃ hoc ſceleſtiſſimũ geſſit facinus: illũ enĩ vt ſecũ in cena eſſet aliquãdo blanditijs cõpu lit: acceptũqꝫ intercepit: ⁊ nouo crudelitatis genere ſeuiſſime lacerauit: Nactus enĩ vicinas arbores ramis cõtra ſe inuicẽ inflexis: ſinguliſqꝫ adoleſcẽtis pedes obligãs relaxari ramos maximo ĩpetu iuſſit: que cuꝫ impetu naturali ad ſitũ ſuũ redeuntes infelicẽ diſcerpſerũt puerũ: ⁊ ſciſſis viſceribus petaſiunculos ſecum contraxere: Sed nec ipĩ ſeuiſſimo ⁊ facinoroſo regi id paricidiũ impune ceſſit: nec longa ei quies fuit: qa paulopoſt iuſto dei iudicio Sultanus Egypti melchella validiſſimã in Cypro claſſem miſit: q̃ velut horri da tẽpeſtas cũcta diripuit: Janũqꝫ ipm captiuũ abduxit: Nichloſiam quoqꝫ regni ipĩus caput inuadẽs eius tẽpla omnia incẽdit ⁊ euertit: ac oẽm pene populũ captiuauit: Deniqꝫ rex centũ vigintiqnqꝫ aureis redẽptus ⁊ Sultani tributarius factus in regnũ miſerrimus redijt. Ac ſic per tot tãtaqꝫ aduerſa vitaꝫ mi ſeram agens tãdẽ hoc ãno: vt p̃fertur duobus relictis filijs Joãne Jacobo ⁊ Odone mortẽ obijt: Relicta etiam poſt ſe ſencioſiſſima filia: quã tamẽ ante mortẽ Ludouico Sabaudie duci m̃rimonio copulauerat.

¶ Joãnes iacobus itaqꝫ luſignanus penultimus Cypri rex eo ipõ anno Jano patre defuncto regni habe nas adoleſcẽs ſuſcipiens regnauit ãnis. 34. vir certe mulierũ corruptior: q inter feminas educatus: cum ad etatẽ adultã perueniſſet mulierẽ etiã ſe magis ꝙ virũ oſtẽdit: vnde ⁊ inter epulas delitiaſqꝫ lãguẽs ſemꝑ quaſi ſub tutoribus vixit. Vxorem in p̃mis illuſtris Joãniſiacobi Mõtiſferrati marchionis filiã duxit: q̃ mox vt Cyprũ applicuit pactis nuptijs venẽo extincta fuit. Poſtmodũ aliã ex paleologoꝝ proſapia Hele nam nomine duxit vxorem: mulierẽ ſiqdem cordatã ⁊ ingenioſam q̃ cũ viri vecordiã cognouiſſet mox re gni gubernacula in ſe ſuſcepit: ⁊ oĩbus depoſitis magiſtratibus latinum etiã ritũ eliminauit: ac ſic omnem inſulã in grecoꝝ ſuoꝝ poteſtatẽ redegit: Hic itaqꝫ rex vnũ tãtũmodo ſpuriũ nomine Jacobũ ex concu bina ſuſcepit filiũ: virũ certe magni ſp̃us: ex cõiuge aũt Carlotã filiã tantũ genuit: quã ⁊ patruelli portus gallie nupſit: Qui ſtati veniens regiminis formã in regno correxit: ⁊ ꝙmaxime rituꝫ Romane eccleſie in ſtaurauit: Sed nõ multo poſt ſocrus maledicta: diabolo ſuadente generũ nobiliſſimũ virũ toxico ſuſtulit: Quo mortuo ſtatim priores illecebre rediere. At carlota filia videns inde ſe ludibrio haberi ad patrẽ cõ queſta opẽ petijt. vnde pater ſuaſu matris ⁊ ꝓcerũ Carlotam filiam denuo Ludouico Ludouici Sabau die filio cõſobrino ſuo nupſit. Atqꝫ mox Helena regina mater emorit̃: ⁊ paulopoſt rex ipẽ: Dumqꝫ Lu douicus ſpõſus ex Thaurino ciuitate italie Cyprũ properat: Jacobus ex pellice filius Sultani auxilio: Turciqꝫ fauore regnũ occupat: ⁊ Carlota ſorore cũ Ludouico ſponſo excluſa regnum ſuſcepit.

¶ Brachius: alias Brachius mõtonus ex caſtello noĩe Mõtono in Vmbria Italie regione, natus: a quo Brachianorum ſecta factioqꝫ habet̃: rei bellice p̃ſtantiſſimus dux hac omniũ italie ea etate longe q̃ſi cla
1424 riſſimus: partiũ Alphonſi regis cõtra Joãnam reginã ⁊ pontificẽ Romanũ pertinaciſſimus fautor: hoc anno poſteaꝙ oppida multa a Romana eccleſia per vim abſtuliſſꝫ: dũ Aquilã Neapolitani regni vrbem

iuſſu regiſ alphõſij graui obſidione premeret a iacobo caudola acerrimo martini põtificis duce preter oĩuꝫ
ſpeꝫ profligatus obtruncatur. Cuius cadauer cũ ibidẽ ſepultũ fuiſſet exhumatũ poſtea ad Martinũ Ro
me delatũ eſt. At martinus pontifex quum vidiſſet eccleſie inſectatorẽ tanꝙ excoicatũ ex portã ſancti Lau
rentij loco prophano ſepelliri fecit. hic itaqꝫ Brachius dum peruſina nobilitas exularet: ꝙꝙ admodum
adoleſcẽs eſſet: exul tamen conſilio ꝛ auctoritate inter extorres nobiles principes habebatur: quãobrẽ vr-
gente inedia ab ipſa incunte etate militari exercicio ſub albrico Cunij comite ſe tradidit. Qui poſt multos
labores ꝛ vulnera breui imperatoris nomen cõſequi meruit: ꝛ varia fortuna vſus in id tãdẽ potẽtie ꝛ aucto-
ritatis creuit vt peruſinã ciuitateꝫ cõpulerit ſe ꝛ aduerſaꝫ nobilitatẽ extorreꝫ libenter recipere. Ipſe vero ci-
uitatis princeps a nobilitate pariter ꝛ vulgo ſic delectus: vt vires magnificẽtius extendere poſſet cuꝫ alphõ
ſo rege fedus inijt ꝛ copias ſuo ſtipẽdio ducere cepit: ꝛ dum multas ciuitates: multaqꝫ oppida pon. Ro. q
partes regine cõtra alphonſuꝫ tuebat̃ auferret: excoicatus in id mortis genere tãdeꝫ peruenit. hic ipſe dũ
in minoribus: vt premiſſũ eſt: exiſteret Sfortie attenduli amiciſſimus fuit atqꝫ familiariſſimus: eo ꝙ vter
que adoleſcẽtes ſub albrico militare cepiſſent: potentiores deinde facti: dum de prioratu cõtendũt: inimici
effecti ſunt: quoꝝ virtute ꝛ ea emulatione militia ita breui in italia creuit: vt qui duce in re militari: ſeu bel-
lica deinceps indigeret: altero iſtoꝝ quaſi ſemp vterent̃. hinc ille factiones militares exorte ſunt: vt. lviiij.
iam annis nil prope in italia geſtũ ſit ꝙ non alteri iſtoꝝ quaſi aſcribi poſſit. Qui enim a brachianis oppri-
mebãtur a ſfortianis viciſſim iuuabãtur: ꝛ econtra. hic itaqꝫ Brachius Odonẽ adoleſcẽteꝫ ſub Nicholai
picenini gubernatione filiuꝫ dimiſit: qui paulopoſt a florentinis patris loco cõtra philippũ duceꝫ imperator
cõſtitutus apud aretiuꝫ vrbeꝫ a Guidone torello profligatus ꝛ interfectus fuit.

¶ Franciſcus foſcarus ſexageſſimuſeptimus venetoꝝ dux Thome mocenico duci hoc anno ſuffectus du
cauit ãnis. 34. ꝛ mẽ. 6. vir ſane oĩ virtutũ genere preterꝙ litteraꝝ gloria ornatiſſimus: eo ꝙ eloquẽtia: inge
nio: memoria: iuſtitia: fortitudine: ac ꝯſilio oẽs ſui principatus motus miro ſemp clauſerit ordine. Quippe
q ſenatus ſui ꝛ italice libtatis ac ſaluti ꝯſulẽs. 30. ãnis maxia bella terra mariqꝫ geſſit: ꝛ oia ſũma cũ laude
ꝯfecit: ac ita quietis ꝛ pacis turbatores ſua prudẽtia ꝛ fortitudine cõpeſcuit. hicqꝫ quũ pmũ rauenã oli im
pioſaꝫ citatẽ ꝓcuratiõe Nicolai negociatoris a polẽtanis dñis volẽtibus ĩprimis cibus pacifice ſuſcepiſſꝫ
hoſtaſiũ polẽtanũ vrbis dñꝫ viꝝ ignauũ captũ i cretã exulatũ ꝑpetuo trãſmiſit: inde brixiã citatẽ duce Cri
mignola ꝛ bgomũ ac cremã ipio ſui ſenatus adiecit: bellũqꝫ maximũ i grecia ꝯ genuẽſes apud chiuꝫ inſu-
lã geſſit: ꝛ paꝝ abfuit quin vrbẽ ipſaꝫ obtinuerit. Demũ ipſi ſuo ſenatui pace vndiqꝫ parta: vrbeqꝫ ſua bo-
nis multipliciter aucta: ꝛ italia oĩ in pace: ꝛ tranqllitate redacta poſt multos labores exactos. 84. vite ſue
ãno. ſalut̃ vo noſtre. M. cccclvij. cal. nouẽb. i ſenectute bona dormiuit cũ patribus ſuis: ſepultuſqꝫ ingẽti
põpa in diui Frãciſci tẽplo capella maiore celebratiſſimo ſeplchro. Ipẽ. n. ferme oẽs pſtãtiores ſue etatis
belli duces ad opp̃mẽdos aduerſarios hũit mercẽnarios: vtpote Frãciſcũ ſfortie filiuꝫ mediolani poſtea
ducẽ: Crimignolã cõmitẽ: quẽ tñ poſtea pp eius infidã ſuitutẽ capite detrũcari fecit. Ioãnẽ frãciſcũ gon
çagã mãtue marchionẽ: atqꝫ alios ꝙplurimos: p quos mẽorabilia geſſit facinora: ꝛ demũ Bartholomeũ
coleonũ bergomẽſeꝫ cuius virtute italie laborãti ꝛ lacerate ſalutis ꝛ pacis opẽ feliciſſime attulit.

¶ Crimignola comes philippi ducis mediolani dilectiſſim⁹ filius ꝛ excellẽtiſſimus ipator: cui ꝓpũ nomẽ 1427
Frãciſcus cognomẽto Crimignola erat hoc ãno quũ ingẽtia facinora ꝓ redẽptiõe regni decertaſſet ipatiẽ
ter ferẽs ꝙ philippus mediolani dux guidonẽ torellũ in prefectura claſſis ꝯ Alphõſũ ſibi ptuliſſet: ꝛ ꝙ ip
ſum a dictatura genue reuocaſſet: atqꝫ cernens aduerſarios ſuos quoſdã apud philippũ ſe grã pualere me
tu ꝛ indignatiõe cõmotus ab ipõ ſuo dño philippo tãꝙ offẽſus defecit ꝛ ad venetos acceſſit: a qbus maxio
honore ꝛ ilaritate exceptus: ſtati ex ſenatuſdecreto copiaꝝ ſuaꝝ dux deſignatus ẽ. Hic. qppe Franciſcus
ex crimignola pedemõtiũ inſigni oppido ortũ duxit. Qui quũ porcoꝝ greges puulus educeret a ſtipẽdiari
is captus tãꝙ elegãtis forme pueꝝ ad philippũ adhuc ꝛ ipſe adoleſcẽtẽ papie pductus eſt: queꝫ eueſtigio
ipſius aſpectu delectatus ex ignobili nobilẽ: ex egeno diuitẽ ex ruſtico demũ ob ingenij magnitudinẽ pri-
cipẽ ꝛ imperatorẽ effecit. Qui magiſtratu ſuſcepto quũ philippũ dñꝫ ſuũ pditiſſimũ: ꝛ multoꝝ armis occu-
patũ cerneret ſua prudẽtia: ſuaqꝫ magnanimitate: atqꝫ induſtria deiectis multis tyrãnis atqꝫ interfectis:
regnũ breui in integrũ ſibi reſtituit. Sꝫ neqꝫ his cõtentus: ẽt genuã vrbẽ potẽtiſſimam cum oĩ dictione ſua
philippo addidit: vbi ea prudẽtia eaqꝫ integritate dictaturã geſſit: vt ciuitatẽ laceratã: q̃ multotiẽs armis
cõtẽderat reſarciuerit: Indeqꝫ euulſis vetuſtiſſimis odijs atqꝫ factionibus vnã qĩ familiã ꝯſtituerit. Ipẽ
eiꝫ fuit ſũme fidei maximeqꝫ iuſtitie pṙceps: ꝛ laboꝝ oĩuꝫ patiẽtiſſimus: quibus ex cãis i ſcia rei militaris:
oẽs anteceſſores ſuos ſine ꝯtrouerſia ſuperauit. Atqꝫ ſuo i magiſtratu ea erat ſeueritate ꝛ iuſtitia: vt ne po
ma quideꝫ ex arboribus pendẽtia ſine ſuo precio auferri impune alicui pmiſerit: eã ob rẽ nõ patiebatur pre
terlabi diẽ: qn ſuis militibus ſtatutis tpibus mẽſtrualia diuiderẽt̃ ſtipẽdia. Erat ẽt adeo promiſſi ſeruatõ
vt verba que iocãdo ꝓmittebat ipſa ad minimũ momẽtũ ipleret. Quũqꝫ diu ſub philippo duce militaſſet:
ꝛ ad ſenatũ venetũ trãſfugiſſet: ꝛ ei aduerſus philippũ belli ſũma a ſenatu cõmiſſa fuiſſet magnas copias
ſtatiꝫ percenſuit: ꝛ cũ exercitu primũ impetũ in brixiã faciẽs adiuuãtibus quibuſdã ciuibus mox vrbẽ phi-
lippo ademit. Id certe geſſit non philippi odio: ſed emuloꝝ ſuoꝝ vĩdicta: qui detractionibus ſuis illũ phi
lippo odioſuꝫ fecerant: atqꝫ ẽt vt gloriã omnẽ reꝝ bñ geſtaꝝ in ſe verteret adeo vt ipſo duce mutato: muta
quoqꝫ philippi fortuna videret̃. verũtñ quũ cõtra ipſos venetos multa ꝯ boni imperatoris officiũ geſſiſſet

vt in grãz philippi rediret ꝯficta a venetis cauſa veluti eum de ſumma belli audire volẽtes venetias euoca
uere: atq; ibi ex ſenatus decreto inter duas colũnas ĩ publico ſãcti marci foro ſecuri ꝑcuſſerũt anno. ſ. a na-
tiuitate chriſti. 1431. conuictus. n. ꝑ litteras ⁊ teſtes fuit: ꝙ per eũ ſtetiſſet cominus cremona veneti potirẽ
tur capta a Caualcabouc venetoꝝ noĩe ipſius vrbis porta: ꝙq; ẽt claſſis veneta ĩ pado ſub ipſius oculis a
Nicholao picenino hoſte diſiecta fuiſſet. Et hic fuit exitus tãti viri mẽoratu digniſſimi: qui vbilibet trãſi
gebat ꝑꝑ eius magnitudinẽ cum eo emigraſſe fortuna credebaꝉ.

¶ Guido torellus natione parmenſis: vir domi nobilis: ſꝫ potẽtia: ⁊ rei militaris ſcĩa nobilior his tẽporibus
ob res bñ geſtaſ maxĩo toti italie ĩ precio fuit: cuius rei grã apud philippũ ducẽ gratus acceptus ẽẽ cepit: co
gnita eniꝫ hoĩs virtute poſt Crimignolaꝫ cum ſuis copijs ⁊ exercitibus ꝓfecit: atq; cũ multo equitatu ad
occupãdã genuã ꝯ Thomã fregoſuꝫ genuẽſiũ ducẽ tranſmiſit: cuius virtute ⁊ ꝓſtãtia. vrbs tãdẽ in philip
pi manus peruenit. poſtmodũ illũ philippus claſſi maritime cõtra alphõſũ regẽ preficiẽs haud multo poſt
vniuerſaꝫ orã maritimã ⁊ ipſã neapoli regiã obtinuit: ⁊ Joãne regine pulſis aragonẽſibus ꝓſidijs cõſigna
uit. Indeq; oĩbus in regno apulie pacatis ad ducẽ ſuũ mediolanu redijt. Quũq; florẽtini bellũ philippo
inferre ſtatuiſſent cõfeſtiꝫ philippus hũc guidonẽ oppoſuit. Qui quũ paucis ꝯtra Carolũ Malateſtã eo
rum imꝑatorẽ in finibus agri florẽtini apud Ronchũ in expeditione cõgrediens ipꝫ quaſi ꝑmis cõgreſſi
bus diſſipato eius exercitu cepit: ⁊ mediolanũ cuꝫ multis vinctum tranſmiſit. his feliciſſime geſtis philip
pus ipſũ poſt crimignole diſceſſuꝫ in dictatura ſuffecit. Qui magiſtratu vniuerſo ſuſcepto: ⁊ florẽtinis ite
rato contra philippuꝫ in bello progreſſis eos breui cõflictu apud ȝacbanorã fauẽtini agri oppidũ turpiſſi
me vicit ⁊ ꝓfligauit: ⁊ multis eoꝝ oppidis captis vniuerſaꝫ ethruriã cõcuſſit: Quo timore florẽtini intra
vrbẽ trepidare ceperũt. poſtmodũ etiaꝫ Oddonẽ brachij mõtoni filiũ iuuenẽ quidẽ acerrimũ aduerſus euꝫ
a florentinis miſſuꝫ ĩ aretino agro dũ iuueniliter inter primos pugnatores verſareꝉ interfecit: Ac nichola
uꝫ picininũ eo in prelio captũ fauentiã vinctũ ꝓduxit. Alia quoq; inumera ⁊ quidẽ ꝓclara inuictus hic im-
perator geſſit facinora. hic ipſe quũ othoĩ. 3°. parme tirãno dño ſuo familiariſſimus ẽẽt ei deſuaſit ne ad Ni
cholauꝫ eſtẽſeꝫ in Ruberã accederet: eo ꝙ fraudẽ ſubeſſe occulta ſapiẽtia preuidebat. Inter hunc ⁊ Crimi
gnolã quũ philippus eoꝝ dux ĩplacabile odiũ excitaſſet ẽt emulationũ cãs ſepe acuebat.

¶ Jacobus candola ex caſtro iudicis ꝓuincie aprutij originẽ ducẽs magnus exercituũ ductor: ⁊ ipſe hac tẽ
peſtate clarus admodũ ⁊ noĩatus fuit: Qui quũ diu ſub alphonſo rege in apulie regno militaſſet: ⁊ ꝓ eo
cõtra reginã Joãnã ⁊ Ludouicũ andegauenſẽ vniuerſuꝫ ferme regnũ occupaſſet ⁊ neapolim captã regis
noĩe valido equitatu teneret a Guidone torello ꝓdicto ⁊ ioãna regina diu obſeſſus: quuꝫ alphõſus rex ꝓ
cul abeſſet: tãdẽ rogatus a ciuibus deditionẽ fecit. Indeq; diſcedens ad martinũ pon. Ro. acceſſit: a quo
bñigniſſime exceptus illius ſtipẽdio ſe ſubmiſit: ꝗ quũ eſſꝫ vir magnanimus atq; ſapiẽtiſſimus copias vn
diq; cõtraxit: ⁊ cõtra Brachiũ mõtonũ inuictiſſimũ ĩpatorem: qui aquilã ꝓ alphõſo obſidebat intrepidus
acceſſit. Quũq; ad hoſtẽ decernẽdi cã ꝑueniſſet nulla pugne mora addita cõmiſſuꝫ ẽ atrox ꝓliũ: ⁊ quũ ali-
quãdiu pertinaci aĩo decertaſſent: tãdeꝫ Brachij exercitus cedẽs fugã petijt: ⁊ multis eoꝝ a Jacobo ceſis
⁊ captis Brachiũ in aquilanoꝝ manus ſuperatũ deduxit: a ꝗbus multis vulneribus cõfoſſus miſerrime
perijt. hic quippe Brachio admodũ emuluſ fuit: ⁊ cũ eo de gloria reꝝ geſtaꝝ optime cõtendere potuit. Sb
huius autem diſciplina multi clariſſimi euaſere viri: inter quos Bartholomeus coleonus bergomenſis ve
netoꝝ poſtea vniuerſalis imꝑator fuit.

¶ Brixia oliꝫ nobilliſſima cenomanoꝝ galloꝝ ciuitas: ⁊ nũc quideꝫ inter ceteras lõbardie vrbes potẽtiſſi
1427 mã hoc anno ſexto idus martij petro aduocato ꝓcurãte ⁊ quibuſdã alijs ciuibus ope: ẽt comitis Crimi-
gnole in venetoꝝ manus deuen it. Huius aũt cauſa fuit ꝙ philippus dux quẽdã viꝝ peſſimũ ibidẽ vecti-
galibus prefecerat. Qui intolerabilia ciuibus imponẽs: coegit euꝫ ſeruitutis iugũ excutere: ꝑꝑ qđ Brixia
ni laceſſiti venetis ciuitatẽ obtulere: modo auxiliũ preſtare dignarenꝉ. Veneti autẽ prudẽtia vſi ſtatiꝫ lega
tos ad philippũ miſere: qui dicerent ꝓ ſalute italie ipſuꝫ ab armis abſtinere: parcere florentinis: mitiuſq; ĩ
ſuos agere dignaretur. Quod ſi ſecus ſciret ſe curã italie ⁊ oppreſſoꝝ ſuſcepturos. Quumq; philippus ve
netoꝝ legatos parui pẽdiſſet: brixianos impulit ſaluti ſue cõſulere. Erat tunc petrus aduocatus in vrbe
brixia magne auctoritatis vir: qui monticulas ꝙ maxime in ſuã pellexerat ſentẽtiã. Iſq; crimignole auxi-
lio fretus: qui eo a venetis cuꝫ exercitu miſſus fuerat monticulas ſtatiꝫ ſecreto introduxit: ⁊ ciuitatẽ philip
po ademit: eamq; petro lauredano ⁊ Fantino michaeli venetis cõſulibus tradidit. Suſceptaq; brixia: ⁊
diſſipatis apud machlodiũ vicũ a Crimignola philippi copijs: capto inſuper Carolo malateſta cuꝫ alijs
plurimis philippi mercenarijs: que res magno diſcrimini philippo fuit. Quã ob rẽ Martinus papa du-
cis calamitate permotus cardinalẽ ſancte crucis ſtatim ad ſedandos tumultus e Roma in lõbardiã trãſ-
miſit: qui vltro citroq; ſepius nuncijs tranſmiſſis: tãdeꝫ pacẽ ea cõditione inter philippum ⁊ venetos com
poſuit: vt brixiã veneti: ⁊ oppida brixianoꝝ cremonenſiũve: que antea ipſi ⁊ mantuanus Marchio cepe-
rant retinerent. Inſuper ⁊ bergomũ eiuſq; agruꝫ legatus ex federe ipſis venetis deſignauit. hac etiaꝫ con
ditione ne ſocioſ venetoꝝ florentinorumq; bello laceſſeret: aut ad id defectioneꝫ concitaret. Guido aũt to
rellus: ⁊ Joannes franciſcus mãtuanus: Orlandus palauicinus: ⁊ alij cõplures reguli ea federa percuſſe
runt. Hec ipſa eo anno geſta ſunt: qui eſt vigeſimus octauus ſupra M. cccc. quo anno pridie nonas maij ſe
natus venetus bergomo potitus eſt. Approbauit aũt hãc pacẽ Martinus pon. ne philippus oĩo pellereꝉ

Eo eni tūc ſub venetoꝝ ſtipēdio vna cū Crimignola militabant Scaramuza papiēſis: petrus paulus vrſinus Romanus: Daniel vādalus: Ludouicus verminianus: Carnarius et Beteſaluus: ac Bartholomeus coleonus bergomenſes: ac deniqꝫ illuſtris Ioannes franciſcus gonzaga mātuanus marchio: ⁊ pleriqꝫ inſignes bello viri: quoꝝ virtute veneti tātā gloriāꝫ ⁊ vtilitatē ꝯſecuti ſunt.

¶ Tyberis fluuius hoc anno in vigilia ſancti andree apoſtoli in imenſuꝫ adeo creuit: vt ꝑ portā flamineā: q̄ eſt populi porta ingreſſus totā vrbē in plano ſitā inundauerit: tēplūqꝫ pātheon vſqꝫ ad altare maius repleuerit. Decreſcens āt biduo poſt multa aīalia ſecū traxerit: multaqꝫ dāna ciuibus intulerit: q nō ſecus ꝑ vicos nauigabāt ac ꝑ alueū tyberis facere conſueuerāt. hoc ideꝫ ⁊ anno ſalutis nr̄e. 1444. menſe nouēbri cōtigiſſe vidimus: ⁊ ſtatiꝫ ex more ſeua peſtis ſubſecuta eſt. 1428

¶ Bellum lucenſe hoc āno a florentinis ſuſcipit: qd ꝑ ānos tres maximo cū vtriuſqꝫ ppl̄i dāno protractum fuit. Paulus enim Guiniſius: de quo dictū ē: eo ēt tunc Luce dn̄abat. Is ſuperiori āno Ladiſlaū filiū cū philippo duce ꝯ florentinos militare cōſtituerat: quā reꝫ florentini egre ferētes quum ſuperiore pace nil in ſcriptū d guiniſio cautū fuiſſe occaſionē opꝑmēde luce nacti in agrū lucēſeꝫ ſuas copias mittūt. Qui captis quibuſdā caſtellis circūquaqꝫ poſitis: vrbeꝫ etiā obſidione cingūt. Sꝫ philippus mediolanēſiū dux Guiniſij ꝓcibus ſolicitatus Franciſcuꝫ ſfortiā cū magno equitatu eo miſit: q tantū terroris florētinis iniecit: vt Lucā obſidione liberare cogerit. At florentini ſuo vſi ingenio Frāciſcuꝫ maxima corrūpētes pecunia ab auxilio lucētiū abire fecerūt. Quo diſcedēte florētini iterato lucenſes obſidione cingūt. Quapp philippus inſtāte martino pon. q ēt lucēſiuꝫ vices dolebat Nicholaū piceninū cū maxio eqtatu rurſus eo miſit: q fuſis fugatiſqꝫ hoſtibus nō ſolū lucā obſidione libauit: verūetiā inde mouēs ex piſanis ⁊ volateranis m̄lta caſtella florētinis abſtulit. Senēſibus ēt rē gratā facturus: q tuꝫ florētinos graui bello inuaſerant. Poſtulātibus vero ea tēpeſtate florētinis: vt veneti iure federis ꝑ lōbardiā philippū adorirent. Reſpōderūt eos auctores huius belli fuiſſe: ⁊ eos ꝑus a lucenſium iniuria temperare debuiſſe: ea de cā florētina ciuitas intolerabilibus tributis exinanita querelaꝝ plena erat: vt par ē in vulgo: quū aduerſa fortuna ſucceſſerit. Nil erat odibilius ꝙ illi ciues: quoꝝ opera lucēſe bellū fuerat ſuſceptū: tādē florētini belloꝝ ſtipēdijs grauati: licet lucā iterato obſidione cinxiſſent: cūctaqꝫ circa vrbē populati fuiſſent manēte intus Sigiſmundo imꝑatore: pacē philippo ⁊ lucēſibus obtulere: quā illi ſuſcipiētes: ēt cūcta a florētinis capta reddita ſunt.

¶ Bohemij heretici a quodā ioāne vs bohemo in cōſtātiēſi ſynodo exuſto exorti: q. ſ. inter ceteros errores dicebāt ⁊ ꝓdicabāt eccleſiaſticos oēs ſi ſalutē cōſequi volebāt ad imitationem chriſti paupes oīo eē oportere: quuꝫ ex tanta reꝝ copia ⁊ luxu ppl̄i oēs ſcādalizarētur. his tpibus ſua vſtana hereſi germanos catholicos crudelē in modū armis vexare ceperūt. Ad quos quū Martinus pō. ⁊ Sigiſmundus imperator legatos miſiſſent: qui eos cōmonefacerēt: vt rōe ⁊ eccleſie obtēꝑare dignarēt: qui hīi monētibus parere recuſarūt: pp qd Martinus legatos in germaniā miſit. Qui vna cū imꝑatore ꝯ eos catholicos cōcitarūt: ſꝫ nil profecerūt. poſtremo ēt reuocatis alijs Iulianū ceſarinū cardinaleꝫ ſcī angeli miſit: q ⁊ ipſe nil profecit: imo nō ſua: ſed milituꝫ ſuoꝝ ignauia ⁊ inobediētia maximū ab eis ſuſcepit icōmodū: qui ⁊ re infecta domū cū dedecore redijt. hi tn̄ heretici ſub Eugenio pon. i florētina ſynodo grecis: alijſqꝫ nationibus aſtātibus a dn̄o tacti errorē ſuū cognouerūt: ⁊ indulgētiā a pōtifice petierūt: quibus penitētia iniuncta catholice eccleſie recōciliari meruerūt. Hi tn̄ ꝑus adamitaꝝ hereſiꝫ i bohemia pululātē armis extinxerūt: qui ipudēter dogmatizabant charitatis grā licitū eē hoīes publice cū mulieribus luxuriari.

¶ Viri diſciplinis excellētes

¶ Petrus paulus vergerius patria iuſtinopolitanus phūs ⁊ orator: iuriſcōſultus: necnon ⁊ lingua greca latinaqꝫ vir eruditiſſimus: Chriſolore bizātini phi auditor: ⁊ carrariēſiū ꝓncipū oli familiariſſimus per hoc tps ꝓdictis virtutibus celebratus magno fuit in ꝓcio. Qui quū eloquētiſſimus haberetur inter cetera hiſtoriā ſatis elegātē de geſtis carrariēſiū dn̄oꝝ edidit. Et de ingenuis moribus libellū: necnō ⁊ in diui hieronymi preſbyteri laudē cultiſſimas orationes cōpoſuit: atqꝫ alia multa: q̄ ad manus nr̄as nō ꝑuenerūt.

¶ Mapheus vegius patria laudenſis optimus vir ⁊ doctiſſimus orator: ac poeta nō vulgaris: Martiniqꝫ pape datarius hoc tpe floruit: ⁊ ob dicēdi elegātiā Rome magno hitus eſt i ꝓcio: Qui aliquot editis libellis partiꝫ metro: partiqꝫ oratione ſoluta magnā laudē ſortitus ē. Inter quos tertiūdecimū enei. li. in vſu heroico cōpoſuit. Ruſticanalia ēt epigrāmata: ⁊ pſalmos penitētiales: atqꝫ in laudē diue monice matris ſciſſimi doctoris Aug. multa cōpoſuit Alia quoqꝫ q̄dā ſoluta oratione cōſcripſit. Eius quippe ꝓcuratione: ⁊ impēſa reliquie ſancte monice ex oſtia tyberina Ro. trāſlate ſunt: ⁊ eiſdē capellā: atqꝫ ſepulchrū miro artificio ſuo ſumptu extruere fecit. In cuius quidē capella poſtea corpus ſuū ſepellir i voluit.

¶ Leonardus Iuſtnianus venetus alterius magni Leonardi viri doctiſſimi ex filio nepos his tpibus claruit: vir certe magni ⁊ nobiliſſimi ingenij: vtriuſqꝫ lingue grece. ſ. ⁊ latine ꝑitiſſimus: qa puero liberalibus diſciplinis egregie eruditus: Muſice plurimū operā dedit: ⁊ eā ob reꝫ vernacula lingua cantilenas amatorias dulciſſimas ac peritiſſimas plurimas edidit: quibus totam italiā repleuit. Veꝝ tādē cōſciētie remorſu ꝑmotus ad deū conuerſus cōſimiles in laudē beate v̾ginis marie ſcōꝝqꝫ dei cōpoſuit. Inde alia nōnulla tum latino: tū vulgari idiomate exarauit: ac q̄daꝫ greca in latinū cōuertit: vtpote Cimonis ⁊ Luculli vitas deniqꝫ etate prouectus ſenator grauiſſimus: ⁊ rei pu. ꝓcipuus gubnator ob eloquētiā euaſit. Hic quoqꝫ ⁊ Bernardū Iuſtinianū filiū genuit doctrina ⁊ prudētia cōſimilē. Qui ⁊ ipſe apud venetos ob dicēdi ornatū ⁊ facilitatē magnā gloriā ⁊ honorē ꝓmeruit. Qui orōnes eloquētiſſimas doctaſqꝫ plurimas cōpoſuit:



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

atqȝ auunculi ſui Laurentij iuſtiniani viri ſciſſimi patriarche veneti vitā egregio oꝛnatu cōpilauit.

¶ Frāciſchus barbarus patritius ſimilr̄ venetus Chꝛiſoloꝛe bizātini phi in grecis lr̄is diſcpulus excellentiſſimi: ⁊ ꝓpe diuini ingenij vir: his etiā tꝑibus ob doctrinā ⁊ dicēdi ꝓmptitudiē ac rei pu. adminiſtrande prudētiā ⁊ iuſtitiā laudatiſſimus hītus ē: tū maxie ꝙ apud brixianos p̄turā gerens vrbē acerrime obſeſſaȝ eas ob res ſenatui ſuo ꝯſuauerit. Hic quū eruditiſſimus plurimū eēt pulcherrimū librū de re vxoꝛia ⁊ ozōnes ac epiſtolas oꝛnatiſſimas extātes edidit: ac alia quedā cōpoſuit: In cuius laudem poſt moꝛtē hoc epitaphiū editū ⁊ ſepulchꝛo ſuo appoſitum fuit.

Siquis honos ſi fas lachꝛymis decoꝛare ſepultos
Flecte ſuper meſtis locum complecte querelis
Frāciſcus cui priſca parem vix ſecla tulerunt
Barbarus hic ſitus eſt: lingue decus omne latine
Foꝛtia facta viri ꝓ libertate ſenatus
Brixia ꝙ magno tenuit ſudoꝛe fatet̄.
Hic ſūmi ingenij ſcriptis monumenta reliquit.
Grecaqȝ preterea fecit romana tenet nūc
Spirtus aſtra: ſacros tumulus cōplectitur artus

¶ Carolus aretinus poeta: ⁊ gre. latieqȝ ligue vir eruditiſſimus: atqȝ eloquētiſſimus frāciſci philelphi poete emulus hiſdem tēpoꝛibus floꝛuit. Qui ⁊ ipſe tū metro: tū ſoluta orone multa cōpoſuit: ac q̄dā ex greco i latinū optime conuertit: quā ob rē a floꝛētino populo: q ſemꝑ viros humanitatis doctrina p̄ditos ſūmis honoꝛibus excipe ꝯſueuit i ſuū cācellariū vocatus: ⁊ ipſe ab eodeȝ īmunitatis bn̄ficiū cōſecutus eſt.

¶ Caietanus patria vicētinus patauinus canonicus: theologus quidē ⁊ phūs ſui tꝑis precipuus per hoc tēpus i patauino gymnaſio tū legēdo: tū diſputādo: tūqȝ cōponēdo principatū obtinuit: Et ꝓpterea p̄ceteris phis accuratius ſuper octo phiſycoꝝ libꝛos cōmētatus ē: ſȝ et ſuꝑ li. de aīa. Suꝑ libꝛo de celo ⁊ mūdo alioſ cōmētarios cōpoſuit. Scripſit quoqȝ li. de matheuris: ⁊ de reactione ad cōcurrētiaȝ dn̄i Joānis de marliano phiſyci. Etas ēt iſta alios multos clariſſimos i oī diſciplina in italia potiſſimū attulit viros vtpote.

¶ Jacobū ēt foꝛliuienſeȝ egregiū quidē medicuȝ hac tēpeſtate floꝛuit: queȝ dicūt cūctos q phiāȝ ⁊ medicinā ꝓfeſſi fuerāt excelluiſſe. ⁊ ꝑꝑa ſuꝑ p̄mū canonis Auicene: ⁊ ſuꝑ eiuſdē āphoꝛiſmis: ⁊ tegni optime ⁊ egregie ſcripſit. Libellū preterea de intēſione graduū foꝛmaꝝ: ⁊ eaꝝ remiſſione cōpoſuit.

¶ Hugo ſenenſis hoc tꝑe ſuper p̄mo auicene: ⁊ āphoꝛiſmis hyppo. ⁊ tegni ac Galieni ſcripſit.

¶ Joannes de marliano ⁊ ipſe hoc tꝑe de reactione ad cōcurrētiā Caie. ⁊ de caliditate coꝛpoꝝ tempoꝛe eſtiuo ⁊ hiemali: ⁊ de antipariſtaſi ⁊ alia. ¶ Ludouicus pōtanus iuriſcōſultus ⁊ ipe hoc tꝑe clarus habet̄.

¶ Abbas ſiculus cui ꝓpꝛiū nomē erat Nicholaus: ex cathania vrbe oꝛiūdus pontificij iuris ⁊ phie eruditiſſimus: ⁊ ipſe hec ipſa tꝑa reddidit clariſſima: ꝙ apud ſenā ethꝛurie vrbē pontificiū ius optime edocēs quū ingenij eēt clariſſimi p̄clariſſima monumenta in iure pon. poſt ſe ſcripto reliq̄t. Unde ⁊ decretales omnes plurimis voluminibus ⁊ quidē egregijs ſuper oēs declarauit. Decretoꝝ ēt libꝛos quū commētari cepiſſet moꝛte p̄uentus reȝ tātā intermiſit: eius quoqȝ extāt repetitiones: ⁊ diſputationes: ac cōſilia.

¶ Paulus de caſtro iuriū doctoꝛ ⁊ ſpectatiſſime doctrine ⁊ eloquētie vir: cū his ⁊ ipſe floꝛuit: ⁊ p̄ ceteris diſtinctius ⁊ clarius atqȝ vtilius in digeſtis ⁊ codice ſcripſit. Cōſilia quoqȝ ea in doctrina cōpoſuit vtilliꝫa. Deniqȝ quū publico ſalario pluribus ānis ſene floꝛētie: ⁊ patauij legiſſet āno dn̄i. 1437. vite finē fecit.

¶ Sāctes de arduinis ex piſaurēſi vrbe natus phūs ac medicus expꝛtiſſimus his claruit tꝑibus: q i medēdi arte ceteros medicos venetijs facile ſuꝑauit: Ediditqȝ tres magnos ac ꝑutiles libꝛos. Pꝛimus ē d venenis oībus nālibus ac artificialibus. Secūdus de decoꝛatione. Tertius de pꝛolificatione: ſeu ꝯ oēȝ ſterilitatē tā ex ꝑte viri ꝙ mulieris cōtigētē. In oībus iſtis libꝛis ātiquoꝝ oiuȝ ac modernoꝝ dicta optime ꝑſtrinxit

¶ Antonius raudēſis natione mediolanēſis oꝛdinis minoꝝ theologus clariſſimus ⁊ oībus in diſciplinis nō mediocriter eruditus hac ipſa tēpeſtate floꝛuit: q ⁊ ipe vt i oībus ſe doctū oñderet ſinguloꝝ quoꝝcūqȝ tā oꝛatoꝝ paganoꝝ ꝙ theologoꝝ oꝑa ferme explanare voluit: ⁊ ꝙ maxime Lactātiū viꝝ doctiſſimū emēdare tentauit: ꝙ melius ⁊ dignitati ⁊ religiōi ſue fuiſſȝ ab illiuſmōi ſcribēdi genere ſe continuiſſe ꝙ ꝯ tātū viꝝ doctiſſimū ⁊ diſertiſſimū inuehere. Eā ob rē ⁊ quaſdā inuectiuas ſe ꝓuocauit. Ad hūc rogatus philelphus vir doctiſſimus litteras dirigit: cōmonefaciēs vt Aug. patrē imitet̄: q̄a ille ⁊ ſi ſanctuſ ⁊ ſapiētiſſimus fuiſſet que iprudēter errauit tamen retractare curauit.

Papa.218 Eugenius quartus gl'oſus quidē papa natiōe venetus: familia cōdelmeria vetuſta quideȝ: p̄re angelo: Gabriel religioſiſſimus ātea vocatus hoc āno. v. nonaſ martij apud Mineruā rome 6630
1431 poſt Martinū papā pontifex creatus ſedit annis. 15. hic Gregoꝛij. xij. ex ſoꝛoꝛe nepoſ: canonicuſqȝ celeſtini hītus cōgregationis ſci Geoꝛgij de alga uenetijſ fuit. Pꝛimo q̄dē ipſius Gregoꝛij theſaurarius: deinde ſenēſis eps̄: poſtea cardinaliſ: demū pōtifex factuſ: nil eo honoꝛe clarioꝛ: nulla in re p̄ſtinā vitaȝ mutauit. Eadē certe humilitate: eadē cōtinētia auſteritateqȝ vite vixit: ꝙuis i initio ſui regiminiſ malis ꝯſilijs ductus varius extiterit: Quū eni diuina humanaqȝ oia perturbaret Romanū populū ad arma excitauit. Qui ipſius magiſtratibus e roma pulſis nouos creauere Ro. atqȝ ipꝫ pōtificeȝ mutato hītu cū monaſtico cucullo fugere cōpulerūt: cūqȝ ꝑ tyberim aufugiētē Romani lapidibus: ⁊ ſagittis perſecuti ſunt. Quū aūt floꝛētiā petiſſet ibi ꝑ aliquot tꝑs ſubſtitit: quo in tꝑe oia bellis ⁊ ſciſmatibus vbiqȝ ꝑturbari cepta ſunt. Romani eni ſublato clamoꝛe ad arma in libtatē cōclamauere: ⁊ nouis creatis magiſtratibus Frāciſcū eugenij nepoteȝ ⁊ eccleſiaſtice dictionis camerariū capiūt. Arcēqȝ ſci angeli expugnāt: capitoliū ſūmo pꝛeſidio muniunt: ⁊ ꝑ ſex mēſes in libertateȝ ſe vendicant. Eo aūt tumultu baſi

lienſe cōciliuʒ iam ātea Martini decreto incohatū augeri ꝑ hiſpanie: gallie: germanie: pānonieqꝫ pꝛicipes
ceptum eſt. Qui cōeʒ rei pu. chꝛiſtiane gubernationē i arbitrio ↄcilij reponebant. Ad qȯ quideʒ cōcilium
Eugenius bis terqꝫ citatus ire renuit. Quā ob cāʒ eugenio pōtificatu abrogato amedeus eremita olim ſa-
baudie dux pontifex delectus ē. Eugenius aūt īdignatione ꝑmotus: quū inter Carolū frācoꝝ regē ⁊ bur-
gundie ducē pacē cōpoſuiſſet Delphinū Caroli filiū cuʒ magno comitatu in baſilieſes cōcitauit: cuius im
petu ille cōuētus ſtatiʒ diſſipatus eſt: ꝙui ꝫ p̄mo cōpꝛobaſſet: ꝑꝑ qȯ ſubſecuta ſunt mala. Ferūt āt hunc eu-
geniū pꝛeter pōtificis dignitatē miꝝ in modū amaſſe bella. Verū poſtea ad ſe reuerſus pꝛudētius ⁊ cōſtā-
tius egiſſe. Unde ⁊ cōciliū floꝛētie habuit. In quo oꝛiētaleʒ eccleſiā cū occidentali cū maximo īpendio ⁊ la
boꝛe vniuit. Ubi ⁊ Joannes paleologus conſtātino. imp. ⁊ ſuus p̄tiarcha cū pluribus epis archiepiſqꝫ ac ī
genti doctiſſimoꝝ nobiliumqꝫ totius grecie viroꝝ interfuerūt. Qui oēs ſumptibus Ro. eccl'. etiā repoꝛtati
fuerunt in greciā. Eoqꝫ in cōcilio affuere ⁊ armeni: ethiopes: geoꝛgiani: iacopite libyā aſiāqꝫ incolētes: at
que alij ex aſia minoꝛi: ponto: cilicia: ſyriaqꝫ: ac aphꝛica: qui oēs fidei catholice ⁊ eccl'. Ro. ſe humil'r ſubdi
dere. Indeqꝫ Sigiſmūdū ceſareʒ ꝑbenigne Ro. exceptū imꝑij coꝛona inſigniuit. Philippū tñ quoad vi-
xit inimiciſſimū habuit: a quo ⁊ ꝑ Nicholaū piceninū ⁊ frāciſchū ſfoꝛtiā adeo bellis vndequaqꝫ vexatus
fuit: vt vix ei reſpirādi facultas daret̃. Bona tñ multa vꝛbi contulit: ⁊ ꝙmaxime circa vaticanū: quia era-
rij officinā: ⁊ palatij arcā inſtaurauit: ac vꝛbis vias ſtrauit. Ac lateranenſe palaciū reſtituit: iuxta qȯ mo-
naſteriū digniuʒ iādiu cōdituʒ inſtaurauit: ī quod pulſis canonicis ſecularibus regulares canonicos ſub re
gula bti aug. nuꝑrime excitatos: ⁊ phꝛiſonarie loco lucenſis agri accitos introduxit. Baſilicaʒ quoqꝫ beati
petri ⁊ eius ſacriſtiā multa ſuppellectile donauit. Religioſos oēs ſub regularibus inſtitutis viuere volētes
miꝝ ī modū dilexit: ⁊ p̊uilegijs alijſqꝫ gratijs plurimis iuuit ⁊ imunitatibus auxit. Gymnaſia oīuʒ ꝙdili-
gentiſſime fouit ⁊ in oēs liberalis: ⁊ potiſſimū in litteratos fuit. Quoꝝ familiaritate: lʒ ipſe modice littera
ture delectatus fuit. Et licet vnꝙ ad perdiſcēdā aliquā particularē litteraturā aīum adieceri t. Doctoꝛes tñ
eccl'. ⁊ oꝛatoꝛes atqꝫ hiſtoꝛicos libꝛos ita aſſidue legebat: vt ſubtiliſſimo ingenio oēs intellexerit. Hic viceſ-
lauʒ polonie regē cū Juliano Ceſarino cardinali dyacono in turcos miſit: q cū. 30. milibus apud andrino
poli cecidere. Erat eniʒ Eugenius hic aſpectu angelicus oī veneratione dignus: grauis ⁊ moderatus ī di-
cendo: parcus in pꝛop̊o victu: ſʒ ī familia ſplēdidus: familiares habuit doctos viros ⁊ ſanctitate pꝛobatos
Quoꝝ opera in rebus arduis vtebat̃. Obijt auteʒ anno a xp̄i natali die. 1446. ſeptimo cal. mar. etati ſue
64. quo quidē anno beatū Nicholaū de Tolētino oꝛdinis noſtri in ſanctos rettulit cōfeſſoꝛes: vt ſuo loco
dicemus. Eo itaqꝫ moꝛtuo in beati petri baſilica ſepellit̃ ſepulchꝛo marmoꝛeo cū hoc epitaphio.

Eugenius iacet hic quartus coꝛ nobile cuius
Teſtantur vite ſplendida facta ſue.
Iſtius ante ſacros ſe creuit alter ab oꝛtu.
Alter ab occaſu ceſar vterqꝫ pedes.
Alter vt accipiat fidei documenta latine:
Alter vt aurato cingat honoꝛe caput.
Quo duce ⁊ armenij graioꝛum exempla ſecuti
Romanam agnoꝛunt ethiopeſqꝫ fidem.
Inde ſyri ac arabes: mundiqꝫ e finibus indi
Magna ſʒ hec aio cūcta minoꝛa ſuo.
Nam valida rurſum teucros iam claſſe petebat:
Dum petit aſt illum ſuſtulit atra dies.
Qui ſemper vanos tumuli cōtempſit honoꝛes:
Atqꝫ hac impꝛeſſa condite dixit humo.
Sed non quem rubꝛo decoꝛauerat ille galero.
Non hoc franciſcus ſtirps ſua clara tulit.
Suſceptiqꝫ memoꝛ meriti taʒ nobile: quod nunc
Cernis tam pꝛeſtans ſurgere iuſſit opus.

¶ Colūnenſes Ro. viri pꝛepotentes hoc anno falſo ſuggeſti: ꝙ Eugenius Martini pon. inimicus decre- 1432
uiſſet eoꝝ nomen oīo delere magno ſatis exercitu coacto Eugeniū ab vꝛbe pellere ſtatuerunt: ⁊ ex p̄neſte
vꝛbe: vbi colūnenſiuʒ Pꝛinceps moꝛabat̃ magno cū tumultu Ro. ꝓperātes in ip̄ʒ Eugeniū pon. mouent: ⁊
apia poꝛta occupata vꝛbē ingrediuntur. Quo audito populus Ro. pōtificiſqꝫ milites eiſ obuiam fiūt: con-
taqꝫ pugna aliꝙdiu ⁊ acriter pugnauere: in qua multi vtriqꝫ ceſi ⁊ capti fuere. Quare colūnenſes ab vꝛbe
recedētes multa dāna ciuibus intulere. Oīa eni diripuerūt: pecoꝛa abegerūt: ⁊ multos hoīes captiuos ab
duxerūt. Qua ex re multa mala ⁊ cedes: non ſolū aperto marte: verūetiā ꝓditoꝛie ſubſecute ſūt. Huius ma
li Stephanus qdā colūna: quē Eugenius copijs p̄fecerat auctoꝛ fuit: ab alijs eni colūnēſibus ſolū diſſenti-
ebāt. hic Odduʒ quēdā colūnenſeʒ Martini vicecamerariū cōpꝛehēdit: ⁊ direptis eius bonis tāꝙ latro-
neʒ p̄ter pōtificis voluntateʒ in carcerē indecēter ↄiecit. Qua ex re Eugenij irā in ſe cōcitauit: qui indigna
tionē pō. timens: ꝓditoꝛiſqꝫ officiuʒ exercēs: pꝛeneſte ad eiuſdē familie p̄ncipē cōfugit: eūqꝫ ad huiuſmo-
di ſcelus adhoꝛtatus eſt. Eo āt tumultu qdam antonij colūne filius archiep̄s bn̄uētanus ⁊ quidam frater
Maſſius capti fuere: q frater quū cōfeſſus fuiſſet ſe arcē ſci angeli capere voluiſſe: ac pon. vꝛſinoſqꝫ vꝛbe
ꝓpellere: ſupplicio affectus eſt: eiuſqꝫ coꝛpoꝛe quadrifariā diuiſo: ⁊ ad quatuoꝛ vꝛbis poꝛtas ſuſpenſo: Ea
de re Eugenius pon. pientiſſimus: quuʒ talia abhoꝛreret: doloꝛe aī maximā contraxitt egritudinē. Unde
eo anno curante quodā Angeloto foſco ciue Ro. pax inter columnēſes ⁊ eugeniū cōfecta eſt. Cuius cauſa
Angelotus ita nō multopoſt ob memoꝛiam accepti bn̄ficij cardinalis creatus eſt.

¶ Bellum ſecundum venetoꝝ ⁊ mediolanenſium.

¶ Mediolanēſes hoc anno dū ſupꝛadicta Rome ager ētur in genuenſi vꝛbe claſſe cōparata floꝛētinis infen
ſi ab eoꝝdē copijs ⁊ venetoꝝ in ipſo genuenſiū littoꝛe ſuperāt̃ ⁊ ꝓfligant̃: e quibus vndeciʒ eoꝝ naues in-
tercepte fuerunt. Qua ex re veneti elatioꝛes facti Crimignola duce terreſtri bello mediolanenſes aggredi

untur. Philippus aūt Nicholao picenino ex ethruria euocato cōfeſtim claſſē venetā ī pado apud cremo
nā ſuperauit: ꝛ Crimignole impetus ꝑ terrā retardauit: vnde ꝛ veneti nō ita multopoſt: ſicut dictū eſt: cri-
mignolam capite mulctarunt. Quo mortuo eius copias Joannes Franciſcus gōzaga ſuſcepit: qui ꝛ ipſe ēt
in hoc certamine ita geſſit vt victis gentibus ſuis ipſe inuictus cum ipſis victoribus de laude gloriaqꝫ certa
rit. Hic aūt impator multas veteranas legiones ſecū habuit: vz Gatamelatā narnenſem virū a iuuētute ſua
acerrimū: Gentilē poſtea impatorē: Tybertū: petrū paulum Ro. Bertſaluū bergomēſē: ꝛ plerosqꝫ ali-
os eminentiſſimos viros in armis exercitatiſſimos. Nicholao vero picenino Vitellianus forouilianus:
ꝛ alij cōplures additi ſunt rei bellice ignari: ꝛ in eo munere clari: quorū virtute adiutus egregia geſſit faci-
nora. Nā ſuperata: vt diximus: in eridano alīs pado fluuio venetorū claſſe: receptiſqꝫ breui oppidis: q̄ ve
neti in agro cremonenſi tenebāt: quū ingentē exercitū cōparaſſet. Gatamelatā primū apud caluatonū il-
lico ſuperauit: atqꝫ alios predictos legatos mercenarios fugauit: quibus profligatis: etiā philippus quū
aīo auctus eſſet Sigiſmundū impatorē pollicitationibus ꝛ premijs: ac ēt ipſū Joannē frāciſcū venetorū
īperatorē ad ſe allexit. Et ſequēti anno Nicholaū picenīnū cū Joāne frāciſco ꝛ alijs pluribus in brixia
nos miſit: qui brixianā vrbē aliquot menſibus oppugnauit. Sed quū petrus aduocatus ꝛ antonius Mar
tinengus: atqꝫ alij ciues cōplurimi vna cum Frāciſco barbaro in ea pretore acriter eā defēſarent obmiſſa
brixia iniquo hiemis tpe ad occupanda caſtella circumquaqꝫ poſita cōuerſus eſt: ne. ſ. cōmeatus in vrbem
omnino ſubmitti poſſent. Inde in veronā cōuerſus oīa longe lateqꝫ in agro veronēſi ꝛ vicentino popula-
tus eſt: nec venetis quicꝗ̄ reliquit. Occupato etiā magna ex parte mincio: atheſiqꝫ ēt benacū lacū occu
pare ſtuduit: nequicꝗ̄ nauibus ſubuei poſſet. penuria itaqꝫ in brixia laborātibus ex atheſi tū remulco. Na
ues quedā per venetos attracte vſqꝫ ad lacū: quē ſancti andree accole vocant ſenſī in benacū a peneda ad
Torbolim dimiſſe ꝛ refecte: quū ex attractu quaſſate eēnt: rem venetā meliuſculā fecere. Verū quū Nico-
laus piceninus nihilominus ueronenſes ꝛ vicentinos plurimū vrgeret Frāciſcus foſcarus dux: ꝛ reliq
veneti de ſe actum eē exiſtimantes niſi vnū aliquē egregiū bello virū pro exercitus duce mercede conduce-
rent. Et ideo confeſtī oratorē ad florentinos ſocios oratum miſerūt: vt ſi rei pu. venete ꝛ totius italie li-
bertati conſultū eſſe velint Franciſcū ſfortiam ꝓpere cum oībus copijs ī ſuū auxiliū mittāt: alioquin de
eis actū eē ſcirēt. At florētini ſuo ꝛ ſociorū periculo cōmoti Frāciſcum ipſū adhortāt: vt arma ꝓ venetis ſu
mat. Quibus ꝑcibus pmotus frāciſcus prius per Eugeniū pon. agri piceni marchio declaratus: ſtatim ī
veronenſē agrū cū multo exercitu peruenit. Ubi mox ad ſuaue locū cōtra hoſtē aliquꝺiu ꝛ acriter pugna
uit. Tandē picenino ob egritudinē ꝛ pugnatorū paucitate cedēre e ueſtigio oīa de vicētinis ꝛ veronēſibus
caſtella recepit: qua victoria elatus brixiā a vitelliano obſeſſā etiā liberare ſtatuit. Sed quū oēs aditus inter
cluſos cerneret: Atheſiī fluuiū ſupra tridētum traiecit: ꝛ in tridentiū agrū mouēs archū oppidum natura
munitiſſimū oppugnauit. Sed quū piceninus archi comitē defēſurus veniſſꝫ a Franciſco ſfortia ꝓfliga-
tus cum vniuerſo exercitu fuga ſibi ſalutē expetijt. Sūt tū qui dicant picenīnū eius exercitu ſupato ī archū
oppidū ſe recepiſſe. Et poſtea a quodā todeſchino ingētis magnitudinis ꝛ roboris famulo humeris tanꝗ̄
cadauer infectū ſacco inuolutū ad ſuos etiā ꝑ hoſtiū caſtra delatū fuiſſe: ꝛ caſtra ſua ſtatī refeciſſe. Dū āt
hec agerentur Philippus egre ferens florētinos adhortāte eugenio pontifice Frāciſcum ſfortiā venetis
auxilio miſiſſe: conciliū in baſilea vrbe celerius cogi ſategit. Quo Eugeniū venetorū patritiū ꝛ amicū pō
tificatu priuaret. Ille vero concilij auctoritatē mirū in modū formidās apud ferrariā aliud cōcilium indixit
At philippus cum his qui in concilio baſilieſi erāt: egit: vt eugeniū citatum: quū ire nollet pontificatu ab-
rogarent: ꝛ Amedeū ſocerū ſuum ſabaudie ducē iā eremitā factū pon. crearent: qđ ꝛ factū eſt. At vero pi
ceninus ꝛ mantuanus marchio lꝫ multa ſuſcepiſſent icōmoda ſtatī reſūptis viribus ex tridentinis rece-
dentes maximo impetu veronā venere: ꝛ vrbē ilico cepere. Frāciſcus āt ſfortia ꝛ Jacobus antonius mar
cellus venetorū conſul captā ab hoſtibus veronā intelligentes: eo ꝓpere cum oībus copijs maturāt: vrbē
qꝫ quatriduo poſt maxima cum vtriuſqꝫ cede recuperarunt. Que res bñ geſta initiū future felicitatis vene
tis fuit. Urgebāť ꝛ eo tunc Bergomū ꝛ brixia intolerabili inedia. Unde ꝛ Jacobus antonius marcellus
victis apud veronā hoſtibus ſtatī citato curſu lꝫ oīa itinera intercluſa ꝛ circuncluſa forēt ꝑ aſperrimos col
les ꝛ loca etiā feris inuia brixiā venit: eāqꝫ ac bergomū ſupato vitelliano obſidione liberauit. Et nō ſolū
ꝑdictas vrbes ea obſidione liberauit: verū ēt ea eſtate ſuperatis ad ſoncinū oppidū philippi ducibus: cap
tiſqꝫ eiuſdē mille ꝛ quīgētis eqtibus: ꝛ quedā brixiana caſtella mox recuperauit: ꝛ ptē cremonenſis agri
mātuaniqꝫ: ac totā abdue gerrā in venetorū poteſtatē Sfortia breui redegit. Amiſit tum mātuanus prin-
ceps aſulam: lonadū: ꝛ piſcheriā tria ſatis munita oppida. Aberat tum piceninus quādo ille clades Phi
lippo illate fuerunt. Piceninus autē in ethruria exiſtēs quum ī venetos mutatā fortunā audiret oīū preci
bus fatigatus ad philippū redijt: ꝛ in brixiano agro contra ſfortiā apud cignanū vicū occurrit hoc aīo: vt
Franciſco hoſti pugnandi copiā faceret. Non detractauit tū Franciſcus certamen: quumqꝫ ibi aliquꝺiu
pugnatum eēt incerta victoria diſceſſum eſt. Franciſcus tū exercitū circūferens aliqua oppida picenino
abſtulit: ꝛ in venetorū poteſtatē contulit. Martinēgū āt agri bergomēſis franciſcus ꝓfectus: qđ piceninus
firmo munierat preſidio obſidione cingit: et oppugnat. Quo audito piceninus aucto exercitu franciſco oc
currit: ꝛ eum maximo in diſcrimine deduxit. Dum aūt hec agerentur preter oīum ſpem pax inter philip
pum ꝛ Franciſcum ſfortiam ignaro picenino enunciata eſt. Itaqꝫ apud caprianā agri mantuani hec pax

hoc modo compoſita eſt anno.ſ.ſalutis noſtre.1442.vt Frãciſcus Blãca philippi ducis vnica filia ĩ vxo-
rem ducta pontremuluꝫ oppiduꝫ ⁊ cremonã vrbem cum eius agro preter picigitonum oppidum munitiſſi
mum ⁊ caſtella que mãtuanus ⁊ palauicinus de cremonẽſibus poſſideret:vtqꝫ illa preterea que philippus
⁊ qui cum philippo ſentiebãt bello cepiſſent:queqꝫ iteꝫ veneti:eoꝝqꝫ ſocij preter aſulaꝫ:lonatũ:⁊ piſcheriã
que mãtuani principis ante id bellum fuerãt redirẽt:vtqꝫ qui huic ſẽtẽtie ſtare noluiſſꝫ cõis oiuꝫ hoſtis ha
beretur:⁊ hec de bello ſeptennij confecto inter philippũ mediolani ducem ⁊ venetos ꝑut audiui ⁊ legi ita
breuiter conſcripſi.

℃ Coſmus medices florentinus nobiliſſimus ⁊ potentiſſimus ciuis:qui ſupiori anno e florentia pulſus fue
rat:hoc anno quũ in vrbẽ reuocatus eſſet gubernationẽ oẽꝫ rei pu.ſiue ſtatꝫ reformare fecit:vnde ⁊ multos
alterius aduerſe factionis in exiliũ egit.Hic nanqꝫ Coſmus apud florentinos ciues primarius fuit:oium
qꝫ nõ ſolum apud italos:ſed ⁊ forte apud exteras nationes opum affluentia primus hitus eſt:⁊ nõ ſolũ di-
uitiaꝝ abundantia:ſed ⁊ prudentia:humanitate:liberalitateqꝫ:ac ceteraꝝ virtutũ:bonaꝝ ve artiũ:⁊ preſer
tim hiſtoriaꝝ preſtantia oẽs ſuperauit.Ipſas eni tantas opes:vt nonnulli exiſtimãt ex pecunia Belthesa-
ris coſſe:qui fuit Ioannes pontifex vigeſimus tertius in tantum auxiſſe:vt in toto terraꝝ orbe nullus ei
ꝓuatus ciuis equiparari potuerit.Tãta eni fuit huius diuitiaꝝ abundãtia:vt ſuo auxilio Franciſcus ſfor
tia mediolanenſiũ ducatũ obtinuerit:⁊ ꝓpterea noiatiſſimus fuit.Hic florẽtiã latericiaꝫ:vt ita dixeri:ſuo
opere:ſuaqꝫ ingenti impẽſa:⁊ hortatu atqꝫ exemplo marmoreã reddidit. Multis nanqꝫ eccleſiaſticis edi-
ficijs cultioreꝫ ⁊ clarioreꝫ potiſſimũ fecit.Et in ꝑmis preter cetera celebre monaſteriũ apud feſulas ñ lon
ge ab ipſa vrbe ordini canonicoꝝ regulariũ diui Aug extruxit.Aliud ẽt intra vrbẽ in honorẽ btĩ marci euã
geliſte ordini ſancti dñici a ſolo edificauit:in quibus bibliothecas extruxit adeo ſuphiſſimas:vt oẽs ſupe-
rent:quas ſuo tpe habuit italia.Alia quoqꝫ nõnulla ea in vrbe ⁊ alibi extruxit monaſteria:⁊ ꝓuata edificia
Sed ⁊ i honorẽ diui Laurentij martyris nõ longe ab ipſius habitatiõiſ domo tẽplũ ⁊ monaſteriũ ſeu cano
nicatũ permagnificũ edificauit additis multis ꝓuẽtibus ad ſacerdotũ diuina faciẽtiuꝫ neceſſitatẽ:q̃ quidẽ
opera viri magnificẽtiã pre ſe ferunt.Porro quũ Coſmus hic annis multis vixiſſet:relicto poſt ſe Petro
filio virtutis paterne imitatore anno dñi.1464.cal.aug.defunctus ẽ ĩ ſenectute bona:vir plane induſtrius
⁊ memoratu digniſſimus:⁊ priuatoꝝ oiuꝫ italicoꝝ valde felicior:ſepelliuitqꝫ eũ petrus eius filius apud ſã
ctũ Laurẽtiũ a ſe cõditũ cũ hoc titulo.Coſmus medices patrie pr̃.Supereſt ⁊ nũc eius Laurẽtius ex filio
petro nepos:qui oẽs auitas virtutes atqꝫ diuitias reuiuiſcere facit.

℃ Ioãnes franciſcus gonzaga frãciſci ſuperioris filius:qui ãno etatis ſue.15.patri ĩ regnũ ſucceſſit hoc an 1434
no poſtq̃ regnaſſet annis.27.Sigiſmundo ceſare mãtue exiſtente marchionalẽ dignitatẽ additis impij ſi
gnis ab eodẽ cuꝫ ingenti gloria obtinuit:⁊ Barbarã Ioãnis brandilburgẽſis marchionis filiã,Ludouico
ipſius Ioãnis franciſci filio idẽ ſigiſmũdus imp.deſpõſauit vxorẽ:q̃ qdeꝫ nuptie familiã gõzagã honeſtare
viſe ſũt:eo qꝛ puella ſigiſmũdo ipi auguſto affinitate ꝯiũcta erat.Vixit deide poſt marchionatus dignitatẽ
adeptam hic ipſe ioãnes franciſcus annis.9.⁊ fuerũt eius dieſ anni.51.⁊ mortuus eſt:vir certe preſtãtiſſi-
mus:eo ꝙ cunctos gõzagas ꝓdeceſſores ſuos felicitate:prudẽtia ⁊ diuitijs excelluerit:cuius virtute ⁊ ꝓxi-
moꝝ lõbardie infelicitate eius mãtuana ciuitas opibus ⁊ pplo plurimuꝫ aucta fuit.Erat.n.vir fortiſſimus
quia venetis mercede ꝯ philippũ ducẽ ꝯductus tribus pugnis in brixiano agro cũ hoſte hitis:maximum
de hoſte reportauit triũphuꝫ.Et q̃maxime apud machlodiũ vicuꝫ tertia pugna habita.eo.n.i ꝯflictu phi-
lippi copias penitus ꝓfligauit:⁊ Carolũ malateſtã totius exercitus ꝓfectũ cepit:quẽ tñ ob affinitateꝫ inco
lumẽ abire ꝑmiſit.Alia quoqꝫ in cremonẽſi agro ꝓclara facinora ſtrennue geſſit:ꝓ quibus ⁊ multa oppida
de cremonenſi ⁊ brixiano ac veronẽſi agro accepit:⁊ ſuo impio adiecit.Ab ſenatu poſtmoduꝫ veneto defi-
ciens:⁊ philippo duci applicatus:non eque inferiora vna cũ picenino egit facinora:in que veronã venetꝭ
abſtulit:totũqꝫ fere eius agrũ atqꝫ brixienſem:necnõ ⁊ vicentinũ a venetis pre timore deficere fecit.Quat-
tuor enim genuit filios Ludouicũ.ſ.⁊ Carolũ:Lucidũ ⁊ Alexandrũ virũ moribus ⁊ ſanctitate inſignẽ:q
oẽs ⁊ ſi arma cum laude tractauerũt etiaꝫ litteris ornati fuerunt. ℃ Amoris imoderati exẽpluꝫ.

℃ Duo amantes ne dicã amẽtes his diebus in italia fuerũt:Miles vnus Eurialus noie Sigiſmundi impa
toris curialis ꝓcipuus:altera vero Lucretia ex ſenenſi ethrurie vrbe oriunda:ambo decori:amboqꝫ ſpecio
ſiſſimi.Sꝫ lucretia incredibili pulchritudine et innumerabili fulgore ꝓcellẽs adeo vt oẽs ⁊ Ceſar ipſe qui
tũc aderat aliquãdo dubius eẽt:an eius facies humana vel angelica haberetur.hi nãqꝫ dum Sigiſmũdus
impator ꝓ corona romã ꝓficiſceretur ⁊ ſenã vrbẽ per aliquot mẽſes periſſet ceco quodã amore adinuicẽ ſo
lo viſu exarſere:⁊ deinde ad ꝯcupituꝫ finem tandẽ peruenere:⁊ quũ ibidẽ ꝑ aliquot tps ĩ bonis dies ſuos
deduxiſſent:neceſſariũ fuit ob ceſaris abſentiã ab inuiceꝫ ſe ſeparari:Qua qdẽ ſeparatione tãtã vterqꝫ cõ
traxit triſtitiã:ꝙ Lucretia poſt longas ⁊ implacabiles lachrymas ĩ maximaꝫ inciderit egritudinẽ:ex qua
poſt dies pluſculos meſtã exhalauit aiaꝫ.Eurialus vero poſteaq̃ ab oculis amãtis euaſit:⁊ ipſe nũq̃ ride-
re viſus eſt:nec ullis iocis:aut facetijs ad letitiã reuocari potuit:vixqꝫ impium mortis euaſit.Ex quoꝝ exẽ
plis hoc ĩ opere moueantur iuuenes quãtuꝫ laſciuis ⁊ imoderatus amor inſanos reddãt hoies:vnde virtu
tibus temperatiſqꝫ amoribus ſtudeant:que ſole poſſeſſores beatos efficiunt.Horum hiſtoriã eloquentiſſi
mã Pius pontifex ante pontificatum pulchre deſcripſit.

℃ Alphonſi regis captiuitas.

¶ Genuenſes hoc anno duꝫ alphōſus tarraconēſis rex caietaꝫ vrbē obſideret ⁊ expugnaret que a mercatori
bus ſuis genuenſibus acriter defēdebat̃.12.onerarias naues ⁊.35.triremes philippo mediolanēſiū duce eo
ruꝫ ēt dn̄o annuente ⁊ auxiliū preſtāte in auxiliuꝫ eoꝝ miſerūt. Quo audito ſtatim alphōſus rex cū maxio du
1435 cuꝫ regūq; ac innumerabiliū pene pricipū occidentaliū exercitu eiſdem obuiā fuit. Contra quos genuēſes
duce blaſio axereto ⁊ belya ſpinola: Jacobo iuſtiniano: Cypriano de mari: ⁊ Galeotto lomellino cuꝫ alijs
cōplurimis nauarchis multa aioꝝ pſtātia: armoꝝq; atrocitate in p̄lio cōuenerunt. vbi p.x.horas cū mul-
ta ſanguinis effuſiōe id preliū ꝓtraxerūt: tādē genuēſes ſuperiores effecti alphōſū ipſ̄ꝫ regē cū duobus fr
tribus regibus ceperūt: vꝫ Joānēꝫ nauare regē: ⁊ cū eo hiſpanie regē: aderāt quoq; alij pluximi pricipes:
ſcilicet antonius ſinueſſe dux. Joānes antonius tarēti princeps: Joſias ducis adrie patruus: Antonius ro
gerij comitis fundoꝝ filius. Nicholaus ſpecialis procurator: Didacus in vlteriori hiſpania comes: ac Jo
annes quē in ipſa eadē hiſpania magiſtrū cantbare vocāt: ⁊ ne ſinguloꝝ noia referātur ferūt fuiſſe cētuꝫ ⁊
ſupra principes ⁊ ducēti eqtes aurati capti quoq; ⁊ alij plurimi inſignes nobilitate atq; opibus viri: quoꝝ
pars maxima ex vtraq; hiſpania: pleriq; ſiculi: reliqui cāpani: cū quibus tātā predā genuenſes collegerūt
quātuꝫ vnꝗ̄ ab vllis victoribus maritimis adepte fuerūt. Hos nāq; oēs Blaſius genuenſis gn̄alis claſſis
p̄fectus capiēs ꝓ maiori parte mediolanū ad philippū ducē vinctos perduxit. At Philippus: vt erat aio
glorioſo ⁊ incredibilis magnanimitatis vir vt ſibi nomē faceret eternum eos omneſ non ut captiuos ⁊ ge
nuenſium hoſtes ſuſcepit: ſed vt reges ⁊ principes atq; amicos oēs habuit: quos ēt paulo poſt liberaliſſi-
me cum muneribus dimiſit. Alphonſus aūt in regnū reuerſus Caietaꝫ ſtatiꝫ obtinuit. Quas ob res genu
enſes indignati ꝙ alphonſū hoſtē: quē cum tāto eoꝝ periculo captū tā leuiter dimiſiſſet: Franciſco ſpino-
la ⁊ Thoma fregoſo oli duce auctoribus a philippo diſceſſere: ceſoq; in vrbe Obicino alzatenſi dictatore:
⁊ pulſis eius preſidijs vrbē in libtatē redigere: que ſub philippo duce p.14.annos fuerat. In libtateꝫ itaq;
vrbe redacta genuenſes vt oēs libertati fauerent ſex viros preſides libertatis defenſores delegerunt: apud
quos vna cū duce electo ſumma reꝝ oiuꝫ eēt. Dux aūt delectus fuit Thomas fregoſus.
1436 Tomas itaq; fregoſus ſuperiore ꝓximo anno Obicino alzate dictatore crudeliſſimo a genuēſibus obtrū
cato ⁊ philippi ducis p̄ſidio e genua pulſo in ducatu reſtitutus ducauit annis.8.vir certe cū ſingulari pru-
dentia: tum ꝓmptitudine cōſilij admirabilis: qui innumera memoratu digna in primo ducatu ⁊ in ſecundo
peregit facinora ⁊ primo quideꝫ ꝯ alphonſum bonifacianā corſice vrbē ſeu oppidū occupare volētē: indeq;
contra philippuꝫ mediolani ducē. Suſcepto itaq; hoc magiſtratu vna cum ceteris ⁊ maxime frāciſco ſpi-
nola viro ſapientiſſimo audaciſſimoq; ac reliquis libertatis defenſoribus: ſtatiꝫ vt rē pu. in ꝓpoſito cōfir-
maret: vniuerſaꝫ genuenſiū dictionē ſua prudētia in deditionē accepit: Cui philippus mox Torellū cuꝫ co
pijs ad infeſtādū miſit: ſed euꝫ paulo poſt auxiliātibus florētinis: qui ciuitati ānonā ſubminiſtrabāt e fini
bus ſuis eiecit: tandeꝫ ⁊ hic quū multa bona vrbi contuliſſet: chium. ſ. grecie inſulā ab impetu venetoꝝ diu
obſeſſam: eiq; albigenā vrbē a Nicholao picenino lacerată defendiſſet: in euꝫ per Joānnē antoniū fliſcuꝫ
virum inter genuenſes potētiſſimū coniuratiōe facta principatu deiectus ē: ⁊ Raphaeli adurno tanꝗ̄ pa-
cis inimicus conſignatus eſt. Hic petri fregoſi qui cyprū domuerat vna cū ſeptē alijs filiis filius fuit. Nam
idem petrus dn̄i fregoſi ducis frater octo filios ex duabus vxoribus genuit. ſ. rolandū primogenitū: ſecun
dū hunc thomā: tertiū Bartholomeū: ſpinā: abraā: batiſtā: ꝓſpeꝝ: ⁊ oiuꝫ nouiſſimū Joānē: huius āt filij
fuerunt petrus ⁊ paulus nunc vrbis archiep̄s ⁊ cardinalis ac dux.
Albertus auſtrie dux ⁊ p̄dicti Sigiſmūdi gener: necnon ⁊ boemie vngarieq; rex hoc āno.xiii.
cal. aplis.26.germanoꝝ imperator poſt ſigiſmūdū creatus imꝑauit annis.2. Vir quideꝫ opti 6537
Albertus 1438 mus: ⁊ oi virtute decoratus: q apud frācordiā oiuꝫ ſuffragijs ea opinione ⁊ fide creatus fuit:
vt eius imperio ⁊ p̄ncipatu orbis felix diceret̃: Cuius reꝝ bene geſtaꝝ magnitudine celo ⁊ im-
mortalitate dignus erat. Sꝫ āno imꝑij ſui.2º. veneno epoto vite ſue fineꝫ fecit vnico gnato ſuperſtite relito.
Huius imꝑij principio multa in celo fuere ꝓdigia. Tres eni ſoles eo āno viſi ſunt ſignificātes triplex eccl'e
regimen: vꝫ Eugenij: ⁊ cōcilij: atq; felicis: ꝓ quibus multi tumultus in eccleſia dei ſurrexere: quo ēt āno ve
hemens ventus vbiq; flauit ſternens arbores: domos euertēs: naues demergēs cū alijs īfinitiſ ꝓpe malis
¶ Conciliū baſilee hoc anno ex martini pape decreto ꝯgregat̃. lente tn̄ ⁊ parua admodū frequētia: auctori
tateq; Martini prius nutritū: in quo hiſpanie: gallie: germanie: ⁊ pannonie p̄ncipes cōuenere: qui ⁊ phi
lippi mediolanēſiū ducis ſuggeſtiōibus cōeꝫ reipu. cāꝫ i arbitrio cōcilij: vt Eugeniū deponerēt: reponebāt
Pulcherrimū certe initiū habuit: ſꝫ turpiſſimū exitū pp ſciſma ſubſecutū in quo Eugenius p̄uatus ⁊ Ame
deus eremita dudū ſabaudie dux ad pont. munus inuitus delectus fuit: quē felicē. 4. vocarūt. Veꝝ euge-
nius cognita ꝯcilij iniuſtitia Delphinuꝫ Caroli frācoꝝ regis filiū cū magno equitatu in baſilienſes conci
tauit: cuius impetu cōuentus ipſe ſtatim diſſipatus eſt.
¶ Felix itaq; quartus hoc anno decimo ſeptimo nouembris die eugenio pōtifice a baſilienſi ꝯcilio philippi
ducis procuratione depoſito in ſciſmate pontifex maximus electus ſedit annis nouem. Quo creato eueſti
gio ſeditiones plurime in eccleſia dei exoriri cepte ſunt: quum chriſtiana Res publica trifariam diuiſa eſſ̄ꝫ
Nam alij Felicem hunc: alij Eugenium ſequebātur: Alijq; erant qui neutrales dicebantur: quia neutris
obtemperabant. Hic itaque Felix: ſeu Amedeus primus Sabaudie Dux fuit: Quia Sabaudienſes
principes vſque ad hunc ducem non duces: ſed comites appellabantur: qui a Sigiſmundo Ceſare titu-

lo ducatus obiecto dux Amedeus vocatus eſt: vir certe oium virtutũ claritate adornatus: vz bonitate: pie-
tate: religiõe: iuſtitia: magnanimitate: liberalitate: atqz diuina humanaqz prudẽtia: quaſobres imperiũ ſu-
um vltra citraqz montes mirũimmodũ auxit: q̃ cũ Ludouicũ vnicũ ſupſtitẽ filiũ educaſſz ducẽ in regno
ſuo cõſtituẽs: ipe eremiticã vitam in Sabaudia ad Ripallie locũ cũ quibuſdã nobilibus tanq̃ paradiſum
deliciarũ ſibi delegit. Cũqz eo in ſtatu vitã celibẽ in terris ageret: a baſilienſi cõcilio (vt pfertur) Pontifex
electus fuit z rogatus: lz inuitus exiſtimans ſe deo rem gratã facturus pontificiũ munus obiuit: in quo q̃-
ta religiõe: q̃taqz cũ pietate z iuſticia id munus exercuerit dicere nõ attinet: cũ ẽt ab ineũte etate erga pau-
peres z egenos cõmiſeratiõe fuerit pfuſiſſimus: z circa dina oĩa aſſiduus ſemp extiterit: z alia circa ṽtutez
neceſſaria miro cõplexus fuerit affectu. Verũtamẽ cũ pacis z humilitatis amator exiſteret: mortuo Euge
nio põtifice ſtati nullis pulſatus pcibus Nicholao eius ſucceſſori hũaniſſime ceſſit: z in loco hũilitatis re
uerſus cõſedit: quo cognito Nicholaus z ceteri pres cõfirmatis pus oibus p eũ geſtis in patria ſua eũ de-
legatũ ex latere creauerũt. Deficiẽs demũ in ſenectute bona poſt eius obitũ etiã miraculis claruit: dignuz
itaqz ẽ etiã poſt mortẽ repetere eius pconia: Fuit qppe ẽt hic clariſſimus princeps preter clariſſimum ge-
nus z ſue elegãtie formã ac regiã dignitatẽ z promptã eloquentiã q̃ ſunt nature dotes moribus ĩteger: vi-
ta z religiõe ſcũs: i ſubditos clemẽs: i vitijs aſp: in bello magnanimus z i deuictos benigniſſimuſ: ac demũ
in omnes iuſtiſſimus.

¶ Conciliũ Florẽtie hoc etiã anno ab Euge. põtifice cõtra Baſilieſe celebratur: in quo (vt premiſſum ẽ) ioã- 1439
nes conſtãtinopolitanus impator z eiuſdẽ vrbis patriarcha: atqz alij innũerabiles religioſi tã greci q̃ lati-
ni: ac alie atqz alie plurime natiões cõuenerũt: vbi ſepius hito cõuentu de multis inter grecos z latinos di-
ſputarũ ẽ: tãdẽ poſt multas diſputationũ cõtentiões eo ventũ ẽ: vt greci rõnibus conuicti: faterentur ſpiri
tũ ſanctũ a pre filioqz pcedere homuſionqz eẽ non a pre tm̃ (vt ipi credebãt puenire) vtqz in azimo triticeo
pane corpus xpi ab eis cõſecraret: ac purgatorij locũ crederẽt: poſtremo vt faterent Ro. põtificẽ verũ xpi
eẽ vicariũ: petriqz legitimũ ſucceſſorẽ pmũ in orbe xpiano locũ tenere z opportere: cui z orientalis z occi-
dentalis eccleſia merito pareret: qbus finitis z ita cõpotũs impator z priarcha cuz reliquis grecis: hoc. ſ.
anno. 22. Nouẽbris gaudẽtes in priam rediere: hoc mõ compoſita re grecoꝝ: Armenij etiam z Jndi cuz
fide noſtra conuenere. Sunt tamen qui dicant eo in concilio declaratum fuiſſe vt quilibet ſacerdos iuxta
eccleſie ſue conſuetudinem: pane aut azimo: aut fermentato celebraret.

¶ Ambroſius ſimiliter florentinus Camalduenſium ordis generalis abbas: theologus inſignis: z grece la
tineqz lingue accurate doctus: ac bonis omnibus diſciplinis ornatus per hoc tempus in florentino conci
lio q̃maximo fuit in pcio: qui z inter cetera ſui ingenij monumenta Diogenẽ: Laertiũ de moribus z vita
phõrũ ad Coſmũ mediceũ e greco latinum fecit. alia inſup opuſcula docta z elegãtiſſima cõpoſuit.

¶ Nicholaus euboicus ſagundinus eps nõ minus latinis q̃ grecis lrĩs eruditus: eo in frequẽti florẽtino
cõcilio medius aſſiſtẽs pluribus viris audiẽtibus diſputãtiũ verba atqz ſentẽtias tũ grece tũ latine plates:
adeo accõmodate referebat: vt mira celeritate vltro citroqz i vtrãqz linguã ſũmo ornatu redderet.

¶ Joannes Tortellius natiõe aretinus Romãi põtificis ſubdiaconus z cubicularius: ac Nicolai poſtmo-
dũ põtificis cõtubernalis z ſtudioꝝ ſuorũ intimus comes grecis latiniſqz lrĩs: ac theologicis nõ mediocri
ter doctus: hac ipa tẽpeſtate floruit: ſingulariſſime hũanitatis z grauitatis ac reuerẽtie vir q iter cetera ſtu
dioꝝ ſuoꝝ monumẽta de ſcribẽdi rõne opus pclaꝝ edidit: in dialectica ẽt cõmẽtarios cõpoſuit: Athanaſij
quoqz vitã ad Euge. papaz in latinũ trãſtulit: z Appianũ hiſtoricũ ad verbum interptatus ẽ.

¶ Laurẽtius vallenſis nõ minus philoſophus z Theologus q̃ rhetor z grãmaticus hoc tẽpore clarus
exiſtẽs ad Joannẽ Tortelliũ aiciſſimũ ſuũ elegantiarũ libroſ ſex z Neapoli dedit: qbus certe noſtro ſecu
lo nil vtilius excogitari potuiſſz: pro qbus cũ oibus grãmaticiſ q ſint aut vnq̃ fuerint magna audacia ppo
nere nõ formidamus. Scripſitqz z in dyalecticã z in Quitilianũ cõmẽtarios digniſſimos: epiſtolas quoqz
pauli in latinũ vtit: Homerũ inſup z Herodotũ ac Tucididez grecos latine loq docuit: Jnuectiuas pluri
mas ẽt aduerſus multos: z potiſſimũ aduerſus Randenſem in Lactãtij correctione cõpoſuit.

¶ Blõdus flauius forolinieñſis vir doctiſſimuſ z dicẽdi gr̃a grauiſſimus. Eugenijqz põtificis ſecretarius di
gniſſimus: hoc ipo tpe eaſobres multo hitus eſt in pcio: qui pter orones z epiſtolas innũerabiles a ſe edi
tas maximã gloriã italie ptulit: q pre ceteris latentẽ ſupra mille ãnos hiſtoriã tãta attigit diligẽtia: vt duo-
bus z. 30. libris eãdẽ diffuſe ornateqz oñderit: nã oẽm nedũ italie: ſed totius oli Romãi impij: puinciaꝝ: re
gionũqz ſtatũ ppulchre dſcripſit: ideqz d Roma triũphãte li. x. z d Roma iſtaurata li. 3. ac d italia illuſtra.
li. qĩ. i3. ac alia multa: e qbuſ multa ẽt ad vbũ excerpſimuſ: quinqz religt filios: bonaꝝ lraꝝ ſtudioſiſſimos.

¶ Mattheus palmeriuſ natõe florẽtinus: hiſtoricuſ z phũs ac orator diſertiſſimuſ: ipſis quoqz temporibus
viguit: z iter pclaroſ viros i ocilio florẽtio ãnũeratus fuit: q cũ chronicã Euſe. ceſarieñ d tpibuſq̃ diligen
tiſſime emẽdaſſz ẽt ab ãno dñi. 1441. vſqz ad ãnũ. 1448. ipe pfecit: Deinde cũ de angelis librũ conſcri-
pſiſſet erroribuſ plenum tanq̃ hereticus condemnatus: apud coronã ciuitatem exuſtus eſt.

¶ Guarinus veronẽſiſ Chriſolorie Biçantini philoſophi diſcipulus: grãmaticuſ z orator ac philoſophuſ
eruditiſſimuſ: grece latineqz lingue facundiſſimus: hidẽ quoqz tpibuſ: tũ apud Veronã: tũqz apud Flo-
rentiaz: Ferrariãqz legendo docendo z cõponendo: cũ infinitã pene diſcipuloꝝ turbã ad ſe erudiẽdã tra
xiſſz: maximũ laudiſ pconiũ pmeruit: hic vna cũ Victorino Feltrenſi: Joãnis Rauenatiſ viri doctiſſimi

diſcipulus in p̃ncipio fuit: q ãbo cũ doctiſſimi euaſiſſent: Tãdẽ Guarinus venetijs: poſtea Ferrarie et victorinus Mãtue publico ſalario vocati multos in vtraq; ligua erudire ceperũt: inter quos ẽt mãtuanos et ferrarieſes p̃ncipes fuere: hic itaq; Guarinus cũ ingenij eminẽtiſſimi decoratus eẽt: grãmaticales regulas vtilit̃ i ordinẽ redegit: ide quoq; et Straboĩs geographiã ẽt nõnullas ex plutar. vitas e greco latias eloquẽtiſſime fecit: hñt ur ẽt ip̃ius cõplurie elegãtiſſime orones et epiſtole a ſe edite q̃ ingenij et doctrie ſue magnitudinẽ p̃ ſe ferũt: Deficiẽs tãdẽ in ſenectute bõa Ferrarie apud Carmelitas ſepulchro marmoreo inſigni decorato Epigrammate ſepellitur.

¶ Georgiũ trapeçõtiũ viꝝ doctiſſimũ et aplicũ ſecretariũ cũ his floruiſſe ꝯſtat: ꝙ ab Euge. põti. Rome publico gymnaſio vocatus: mult( ãnis hiſpanos gallos: germãoſq; viros p̃ſtãtiſſimos vna cũ italicis oratoriam et poeticã docuit diſciplinã: hic autem ex monumentis ſuis Rhetoricã conſcripſit nõ improbandã: Item dialecticen et in orationes Ciceronis peraphar ſes vtiliſſimas.

¶ Joannes quoq; Auriſpa Secretarius apoſtolicus grãmaticus et rhetor lucuλẽtus: et ip̃e tempeſtate hac in precio fuit: et quedam parua compoſuit. ¶ Gregorius Tiphernas poeta: ẽt his tp̃ibus claruit.

¶ Antonius guaynerus natiõe papieſis medicus celebratus hec ip̃a tẽpora ſuo igenio: ſuaq; iſigni doctria clariora plurimũ reddidit: q in medicinis hec iſraſcripta cõpoſuit: De febri. li. i. De ſtomachi egritudibuſ et curis li. i. De matrice li. i. et d̃ egritudibus et curis i gn̄ali egregie ſcripſit: Sz et d̃ arthetica i iũcturis et calculoꝝ paſſiõe tractatus cõpoſuit: Ferũtur et ip̃ius d̃ fluxibus. De pleureſi et aliq̃ alia i 3° Auicẽ. li. ꝯpoita.

¶ Apollinaris Cremonẽſis medicus precipuus ſui temporis philoſophuſ et ip̃e hoc quoq; tempore in philoſophia ſup libris de aia: et ſup libris calculatoris cõmentarios non cõtemnendos compoſuit.

¶ Marcus Epheſius ep̃s natiõe grecus: vir oibus i diſciplinis egregie doctus atq; aſtutus: hiſdez tp̃ibus ad ꝯciliũ florẽtie cũ reliq̃s grecis vẽit: et magnã ſue doctrie expiẽtiã fecit: q ſua aſtutia et grecana malignitate vſus ſolus i ſuo ſenſu obſtiato aio pſiſtẽs: patrũ ſñijs in oibus ſe ꝯ̃riũ exhibuit: qq; et poſtmodũ in p̃riaz reuerſus ſua pfidia vniuerſaz greciã a ꝓpoito ſcõ et iuriſiurãdi voto puertit: et ad p̃dcõs erroreſ cõuertit ꝙ et deus oiuz maloꝝ vltor diu nõ pmiſit rabiẽ peſtiferi hoĩs eẽ ipunẽ: tertio nãq; ãno exacto miſeruz ſeuiſſima iuaſere ſupplicia: ꝙ cũ ſanus nephãda et putrida ꝯ̃ orthodoxã fidẽ euomerat mẽdacia: ita eꝯ̃ horribili pẽa p aliquot dies victũ quo ſũpſat ore corruptum ab aluo reuocauerit: et eo tandem in tetro fetore miſeram( vt Arrius hereticus ſcribit effudit animam.

